DE
TRAGICORUM HISTRIONUM
HABITU SCAENICO
APUD GRAECOS.

SCRIPSIT

HERMANNUS DIERKS
DR. PHIL.

GOTTINGAE,
APUD CALVOERIUM
MDCCCLXXXIII.

THEODORO DIERKS

FRATRI DILECTISSIMO.

Si quis poetarum Graecorum fabulas legit, sine dubio, quomodo institutae atque actae sint ab histrionibus ipsae, cognoscere cupit. Qua de causa iam primis ex studiorum initiis antiquitatis homines docti, quales fuerint apparatus scaenicus et ornatus histrionum secundum litteras, quae nobis ex antiquitate traditae sunt, summa diligentia conati sunt indagare (vd. Excurs. I). Sed si quae scripta sunt de ea re percensemus, unusquisque concedet, deesse nostris diebus commentationem, quae omnia aut arte aut litteris nobis de habitu scaenico histrionum Graecorum tradita amplectitur. Quae cum ita sint, in eis quae sequuntur etsi non totum habitum scaenicum, tamen histrionum tragicorum qualis fuerit apud Graecos exponere mihi proposui. Ac primum quidem in ea re diiudicanda et litteras et monumenta artis recensebo, recensione facta qualis fuerit habitus histrionum tragicorum diversis temporibus quantum ut cognoscamus fieri potest, constituere conabor — conabor dico. Nam persuasum habeo, me permultas difficultates non solutas reliquisse.

PARS PRIOR.

RECENSIO FONTIUM.

I. Litterarum monumenta.

1. Lucianus.

Saepius Lucianus scriptis suis nonnulla de habitu scaenico inseruit non describendi quidem causa, sed potius illudendi. Qualis fuerit habitus secundum eum, primum ea de

causa constituam, quia, quae nobis tradita sunt de ornatu histrionum antiquioris temporis, nimis incerta atque spuria sunt et fundamentum quaestionis parare mihi coactus sum.

Ludificatur scriptor semel atque iterum ingentem histrionis tragici magnitudinem, quae et persona totum caput tegente et artificiosa crassitudine corporis et peraltis calceamentis effecta sit. Quale fuerit hoc calceamentum diversis locis indicatur: de saltat. c. 27 (*ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος*), quom. histor. s. conscrib. c. 22 (*ὥστε τὸ πρᾶγμα ἐοικὸς εἶναι τραγῳδῷ τὸν ἕτερον μὲν πόδα ἐπ' ἐμβάτου ὑψηλοῦ ἐμβεβηκότι, θατέρῳ δὲ σάνδαλον ὑποδεδεμένῳ*), Necyom. c. 16. (*καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν*). Fuit igitur quem nostri homines cothurnum vocant calceus e monumentis artis satis cognitus [1]). Quod calceamentum a Luciano plerumque *ἐμβάτης* nominatum est, semel tantum-quantum scio voce *ὀκρίβας* significatur (Nero c. 9). Voce *ἐμβάτης* usus est scriptor: Necyom. c. 16. Quom. hist. s. conscrib. c. 22. Jup. trag. c. 41 [2]).

Vestes histrionum fuerunt tunicae talares (*χιτὼν ποδήρης* Jup. trag. c. 41) et pallia splendide ornata (Somn. c. 26 *χρυσαῖς δὲ ταινίαις τὴν ἐσθῆτα, — χλαμύδα χρυσόπαστον*). Bracchia tegebantur longis manicis, quibus nomen erat *χειρῖδες* [3])

1) Wieseler, Theaterg. u. Denkm. d. B. Tab. VII. VIII. IX, 1. Mon. d. Inst. XI, 13.

2) Cod. Gorlicensis hoc loco praebet *ἐμβάδας* pro voce *ἐμβάτας* (cett. codd. *ἐμβάτας*). Lapsus est calami librarii. Nam Graeci cothurnum non voce '*ἐμβάς*', sed voce '*ἐμβάτης*' significant (cf. Excurs. II). — In Somn. c. 26 exstat in codd. Paris. 3011 et Gorlic. *κοθόρνων*, in cett. codd. *ἐμβάδων*. Nec *κοθόρνων* nec *ἐμβάδων* me quidem iudice recte se habet, sed scribendum est *ἐμβατῶν*. *ἐμβάδων* enim lapsum esse calami censeo, *κοθόρνων* a librario quodam additum. De vocc. *κόθορνος*, *ἐμβάτης*, *ἐμβάς*, *ὀκρίβας* cf. Excurs. II.

3) De vi vocis '*χειρῖδες*' vix dubitatio esse potest. Fuit Persarum aliorumque barbarorum vestem longis cum manicis gestare, sed interdum cum bracchia nudarent manicas a tergo pendere volebant (cf. Anchisen: Müller-Wieseler, D. d. a. K. II, 27, 293, Amaz.: Bouillon, Mus. des Ant. II, 83, Medeam: Böttig. Amalth. I, Taf. IV). Eandem ad consuetudinem spectant verba apud Xenophont. (Cyrop. VIII, 3, 13) *τὰς δὲ χεῖρας ἔξω τῶν χειρίδων εἶχε* (Cyrus). Cf. Dio Chrysost., Hom. VIII in Tim., T. VI, p. 457 d. Fuerunt igitur *χειρῖδες* non accessio-

(Jup. trag. c. 41. Schol. ad h. l. adnot. *χειρῖδες δὲ τὰ κοινῶς λεγόμενα μανίκια* [1])).

Sub tunica histriones ut crassitudo corporis aequaret altitudinem (de saltat. c. 27 *προσθετὴν καὶ ἐπιτεχνητὴν παχύτητα προσποιούμενος ὡς μὴ τοῦ μήκους ἡ ἀῤῥυθμία ἐν λεπτῷ μᾶλλον ἐλέγχοιτο*) res gestabant, quarum nomina sunt haec: *προστερνίδια*, *προγαστρίδια*, *σωμάτια*. Quid sibi velit vox *προστερνίδιον* aut *προγαστρίδιον* facile perspicitur. Nam cum feminae in scaenam non prodirent apud Graecos (de salt. c. 28 *τὸ ἄνδρας ὄντας γυναῖκας μιμεῖσθαι, κοινὸν τοῦτο καὶ τῆς τραγῳδίας καὶ τῆς κωμῳδίας ἔγκλημα ἂν εἴη* [2]), fieri non potuit, quin histriones effarciendo mulierum mammas imitarentur. Qua re pectus amplificabatur, *προστερνίδιον* vocabatur, contra *προγαστρίδιον* nomen fuit eius rei qua efficiebatur artificiosa ventris crassitudo. At quid de voce *σωμάτιον* iudicandum est? Alius aliam interpretationem protulit [3]). Et profecto fundamenta tam incerta sunt, ut nihil certi constitui possit. Sed quod mihi verisimillimum videtur, paucis exponam. Lucianus in enarrando habitu scaenico *σωμάτιον* commemorat una cum voce *προγαστρίδια* (Jup. trag. c. 41 *καὶ χειρῖδας καὶ προγαστρίδια καὶ σωμάτια* [4]) *καὶ τἄλλα οἷς ἐκεῖνοι σεμνύνουσι τὴν τραγῳδίαν*). Si hunc locum ducem sequimur, *σωμάτιον* a progastridio ipso diversum fuit, sed simile quoddam significavit (*οἷς ἐκεῖνοι σεμνύνουσι τὴν τραγῳδίαν*).

---

nes quaedam manuum (Boettig. Kl. Schr. I, 201. Schneid., Attisch. Theat. p. 160), sed potius manicae, quae bracchia usque ad manus tegebant.

1) *μανίκια* (manicae) vox sine dubio e Romanorum usu derivata docet, schol. fuisse Romanum. Quam rem admonui explicandi illius *κοθόρνων* causa quomodo nasci potuerit in Somn. c. 26 cf. p. 6. adn. 2).

2) Cf. Donat. ad Terent. Andr. IV, 3.

3) Wieseler, Satyrsp. p. 188. Sommerbrodt, Scaen. p. 197. Wieseler, Gött. gel. Anz. 1852 p. 1888. A. Müller, Philolog. XXIII, p. 527. Wiesel., Ind. schol. $18^{69}/_{70}$ p. 6. A. Müller, Philolog. Vol. XXXV, p. 351.

4) In cod. Marc. 435 *καὶ σωμάτια* desunt. Probabilius mihi videtur hoc loco lapsum librarii statuendum esse, quia duo verba in easdem litteras exeunt quam existimare (ut Sommerbr. Scaen. p. 275) *καὶ σωμάτια* in cett. codd. additamentum esse, praesertim cum cod. Marc. me quidem iudice ceteris non praestet.

Nec totum habitum — ut apud Pollucem (Onomast. IV, 115 *καὶ σκευὴ μὲν ἡ τῶν ὑποκριτῶν στολή (ἡ δ' αὐτὴ καὶ σωμάτιον ἐκαλεῖτο)*) — hoc Luciani loco *σωμάτιον* significare potest. Sed si respicimus ad *προστερνίδια* et *προγαστρίδια*, quae gestabantur a nonnullis tantum histrionibus, desideramus aliquam rem qua totum omnium heroum et heroidum corpus amplificabatur, ut altitudini responderet crassitudo: Quam rem *σωμάτιον* fuisse censeo. *προστερνίδια* autem et *προγαστρίδια*, si usurpabantur, illi superiniciebantur [1]).

Non pugnat contra interpretationem meam illud Photii *σωμάτια· τὰ ἀναπλάσματα, οἷς οἱ ὑποκριταὶ διασάττουσιν αὐτούς. οὕτως Πλάτων.* Secundum haec verba *προστερνίδια* et *προγαστρίδια* et omnes quae ad corpus amplificandum pertinebant res vocabantur *σωμάτια.* Quae verba nimis in universum dicta sunt quam ut ex iis aliquid certi concludi possit. Tamen dicere licet secundum Photium vel potius Platonem *σωμάτιον* fuisse rem, qua utebantur histriones ad effarciendum [2]).

Tum *σωμάτιον* indicari in Lucian. Somn. c. 26 suspicor, ubi de histrione, qui labitur, dicitur ... *καὶ τῶν σκελῶν ἐπὶ πολὺ γυμνουμένων ὡς τῆς τε ἐσθῆτος τὰ ἔνδοθεν φαίνεσθαι ῥάκια δύστηνα ὄντα.* Quam ad rem haec verba melius referenda sunt quam ad *σωμάτιον*, quod sub splendida tunica latuit? [3])

---

1) Nec *σωμάτιον* super *προστερνίδια* et *προγαστρίδια* (Müller: Philol. XXXV, p. 351) induebatur, sed potius infra, quia illud non ad vinciendum, sed ad effarciendum ipsum pertinebat.

2) De coniectura '*σωματίῳ*' in Aeschyli vita cf. infra. p. 12 adn. 2.

3) Apud histriones igitur comicos *σωμάτιον* fuit vestis arte corpori adiecta cum phallo. Ita iam iudicavit Wieseler Ind. schol. Gott. 18$^{69}/_{70}$ p. 7. — (Phallo autem histriones veteris comoediae usos esse, multi in Aristophanis fabulis loci docent (Nubes vs. 538. 736. Lysistrat. 989. 991. 1083. Thesmophor.. 62. 239). Data occasione admonere mihi liceat, histriones qui in vasculorum picturis Magnae Graeciae effecti sunt, quamquam ad Phlyacographiam, quae nominatur, me quidem iudice sunt referendi, tamen nobis speciem habitus histrionum veteris comoediae praebere. Sed hic non est locus rem planius exponere. — Tum apud satyros fabulae satyricae (Wies., Th. u. D. d. B. VI) subligaculum fuit cum ithyphallo. Quibus expositis elucet, quomodo apud

Porro Lucianus personarum mirabilem formam oris (de salt. c. 27 *στόμα κεχηνὸς πάμμεγα*) et crinium (Somn. c. 26 *ἐπίσειστον κόμην* [1])) ludit [2]).

2. A Luciano ad Thespin.

In eis quae sequuntur quae nobis exstant de habitu histrionum tragicorum huius temporis conferam. — Histriones Neronis, qui Corinthi ludos agebant, cothurnis usi sunt (Luc. Nero 9 *εἰσπέμπει Νέρων ἐπ' ὀκριβάντων τοὺς ἑαυτοῦ ὑποκριτὰς κτέ*). Et Nero ipse modo ut citharoedus modo ut tragoedus scaenam inscendens fabulas cum persona et cothurnis egit (Cassius Dio LXIX, 14 *εἶδον τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον ἐν τῷ θεάτρου κύκλῳ καὶ ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ ποτὲ μὲν κιθάραν ἔχοντα* (ut citharoedus) *ποτὲ δὲ ἐμβάτας καὶ προσωπεῖον* (ut tragoedus). Temporibus Apollonii Tyanaei [3]) histriones eodem modo cothurnis induti erant (Phil. Vita Apoll. V, 9 *ἐφεστῶτα* (*ὑποκριτὴν*) *ὀκρίβασιν οὕτως ὑψηλοῖς*) et illis quidem tam altis, ut incolae urbis Hispalis altitudine perterrerentur. Eadem

---

Hesychium vocari potuerint *σωμάτια· τὰ σκύτινα αἰδοῖα*. Sine dubio hoc loco pro *σωμάλοιφος· ὁ κατηλειμμένος σώματι τὰ σκύτινα αἰδοῖα* recte coniecit iam Sopingus (cf. Wiesel. Ind. schol. $18^{69}/_{70}$ p. 7) *σωμάλοιφος· ὁ κατηλειμμένος. σωμάτια· τὰ σκύτινα αἰδοῖα.*

1) Cf. Müller, Handb. d. Arch. §. 330, 4.

2) Omnes vero partes habitus tragicorum histrionum ille commemoravit praeter cingulum (*μασχαλιστήρ* Poll. IV, 117), quod circumiectum erat tunicae. Quod Schoene (De pers. in Eur. Bacch. h. sc. p. 26) existimavit, non omnes histriones, sed tantum eos, quibus erant impositae personarum principalium partes, cingulum gestasse, refutatur omnibus artis monumentis, quae ad rem scaenicam spectant. Imprimis cf. Wies., D. d. B. IX, 2. Anz. f. Schweiz. Gesch. u. Alterthumsk. 1865, Taf. I. (Ceter. cf. Strabon. XI, 12 *τοὺς βαθεῖς χιτῶνας — ἐν ταῖς τραγῳδίαις, καὶ ζωννύουσι περὶ τὰ στήθη*). Verisimile autem est, ornatum huius cinguli diversum fuisse secundum partes, quas histriones agebant. Ita Pollux tradit Bacchum cingulo splendide ornato indutum prodisse (IV, 117 *μασχαλιστῆρι ἀνθινῷ*). Cingulum fortasse fimbricatum Atossa gestabat in Aesch. Persis. Adnotat enim schol. ad vs. 155 *βαθύζωνοι δὲ αἱ Περσίδες, διὰ τὸ κροκωτὰς* (*κροσσωτάς* sine dubio recte coni. Wiesel.) *ζώνας ἔχειν.*

3) Philostr. Vita Apollon. VII, 5 p. 283, cf. Welcker, Gr. Trag. p. 1314.

ingenti altitudine fuit histrio tragicus, qui in pompa Ptolemaei Philadelphi temporibus Alexandriae facta ingressus est (cf. Callixen. ap. Athenaeum V, 198a . . . *μέσος δὲ τούτων ἐβάδιζεν ἀνὴρ μείζων τετράπηχυς ἐν τραγικῇ διαθέσει καὶ προσώπῳ*). Si ad talem magnitudinem corporis respicimus, summa veritatis specie conicere licet illum cothurnos peraltos gestasse [1]).

Accedit quod Polum Aristodemum Satyrum, clarissimos illos histriones, cothurnos gestasse Lucianus tradit (Jup. trag. c. 41 . . . *ἤτοι Πῶλον καὶ Ἀριστόδημον καὶ Σάτυρον ἡγεῖσθαί σε θεοὺς εἶναι τότε ἢ τὰ πρόσωπα τῶν θεῶν αὐτὰ καὶ τοὺς ἐμβάτας καὶ τοὺς ποδήρεις χιτῶνας κτέ*).

Quo minus de ornatu scaenico, quem antea usurpaverunt histriones usque ad Sophoclem, traditum est, eo magis sententiae diversissimae de inventione habitus ad nostra tempora venerunt. Ita secundum nonnullos scriptores Sophocles [2]) cothurnos invenisse dicitur (Servius ad Vergil. VIII Ecl. 10. ‘Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno’ adnotat: cothurni usum primus Sophocles in scaenam intulit). Quae mentio sine dubio e falsa interpretatione Vergilii orta est.

Plerique scriptores ornatus scaenici inventionem Aeschylo attribuerunt. Ita Horat. in Art. poet. vs. 278. 279 ‘Post hunc (Thespin) personae pallaeque repertor honestae Aeschylus et modicis instravit pulpita tignis Et docuit magnumque loqui nitique cothurno’ [3]). — Personas invenisse dicitur poëta

---

1) Maass (Annali d. Instit. 1881 p. 115 adn. 1) hanc insolitam altitudinem non ad cothurnos referendam esse censet, respectu habito ad Apoll. II, 49 *ἦν δὲ* (Hercules) *καὶ θεωρηθεὶς φοβερὸς ὅτι παῖς Διὸς ἦν τετραπηχυαῖον μὲν εἶχε τὸ σῶμα*). Sed fieri non potest, ut hi loci inter se comparentur. Nam Apoll. de Herculis magnitudine loquitur, quomodo in cultu ficta sit, Callix. vero de histrione quodam. Ratio autem inter illos locos haec est: Graeci quia heroes ingenti corporis magnitudine fuisse existimabant, histriones cum cothurnis prodeuntes fecerunt, ut speciei illorum adaequarentur. Quam fuisse causam usus cothurnorum, expressis verbis indicatur a Philostr. (Vita Apoll. VI, 11 *ὀκρίβαντος δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἀνεβίβασεν ὡς ἴσα ἐκείνοις* (ἥρωσι) *βαίνοιεν*.

2) De crepidis a Sophocle repert. cf. infra.

3) Cf. Porphyr. ad h. l.

in Euanth. commentar. de trag. et com.[1]) — Secundum Athenaeum decus et dignitatem habitus induxit (I, 21 *Αἰσχύλος ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα*). — Philostrato auctore cothurnos invenit et histrionibus vestem heroibus vel heroidibus aptam dedit (*Αἰσχύλος . . . ὀκρίβαντος δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἀνεβίβασεν, ὡς ἴσα ἐκείνοις βαίνοιεν, ἐσθήμασί τε πρῶτος ἐκόσμησεν ἃ πρόσφορον ἥρωσί τε καὶ ἡρωΐσιν ἠσθῆσθαι.* Phil., Vit. Apoll. VI. 11. Cf. Vit. Sophist. I, 9, 1. Themist. p. 316 f. *Αἰσχύλος δὲ (εἶρε) τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ὀκρίβαντας.* Suidas s. v. *Αἰσχύλος· οὗτος πρῶτος εὗρε . . . ταῖς ἀρβύλαις*[2]) *τοῖς καλουμένοις ἐμβάταις κεχρῆσθαι.* — Immo vero totius apparatus scaenici inventio, qualis fuit posteriore tempore, ad Aeschylum reducebatur (Cram. Anecd. Par. I, 19 *εἰ μὲν δὴ πάντα τις Αἰσχύλῳ βούλεται τὰ περὶ τὴν σκηνὴν εὑρήματα προσνέμειν κτέ*).

Mitto singula recensere, quae nimis sunt incerta ac dubia, praesertim cum inter omnes constet, quam studiosi fuerint grammatici Alexandrini, ut *εὑρήματα* ad certos homines claros reducerent. Tamen in ea re omnes scriptores consentiunt, qui nobis fragmenta — ut ita dicam — eruditionis grammaticorum illorum tradiderunt, ut Aeschylum ornatum histrionum meliorem fecisse dicant: quod sine dubio verum est. Idem testatur locus ex epigr. Dioscorid. (Anthol. Pal. I, p. 428 *Αἰσχύλος . . . καὶ τὰ κατὰ σκηνὴν μετεκαίνισεν*). Nec multo magis quam ex hisce verbis comperimus ex loco Aeschyli vitae, quae nobis tradita est in cod. Mediceo (*πολὺ τοὺς πρὸ αὐτοῦ ὑπερῆρε κατά τε τὴν ποίησιν καὶ τὴν διάθεσιν τῆς σκηνῆς τήν τε λαμπρότητα τῆς χορηγίας καὶ τὴν σκευὴν τῶν ὑποκριτῶν τήν τε τοῦ χοροῦ σεμνότητα ὡς καὶ Ἀριστοφάνης* (Ran. 1004) *Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ Καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον,*) Ex loco autem Aristophanis in Ranis[3]) quem attulit Sommerbrodt (Scaen. p. 183): *Κἄλλως*

1) Gronov. Thes. VIII p. 1683 = Zeune, Terent. XXV – XXXIV. cf. infra.

2) Si recte censeam, haec vox fluxit ex Aeschyli Agamemnone (944) *ὑπαί τις ἀρβύλας λύοι τάχος, πρόδουλον ἔμβασιν ποδός* vel simili loco nec unquam calceamentum histrionum vocabatur *ἀρβύλη* nisi apud grammaticum, ex quo quod Suidas tradit originem ducit.

3) Vs. 1060. 1061.

εἰκὸς τοὺς ἡμιθέους τοῖς ῥήμασι μείζοσι χρῆσθαι Καὶ γὰρ τοῖς ἱματίοις ἡμῶν χρῶνται πολὺ σεμνοτέροισιν, de habitu nihil aliud concludi potest quam pallium histrionum tragicorum splendidius fuisse vestibus cotidianis.

Meliore ex fonte quam omnia quae adhuc enumerata sunt alter locus vitae Aeschyli (Dindorf, Schol. ad Aeschyl. p. 6. 7) 'Πρῶτος Αἰσχύλος πάθεσι γενικωτάτοις τὴν τραγῳδίαν ἐπηΰξησε, τὴν δὲ σκηνὴν ἐκόσμησε καὶ τὴν ὄψιν τῶν θεωμένων κατέπληξε τῇ λαμπρότητι, γραφαῖς καὶ μηχαναῖς, βωμοῖς τε καὶ τάφοις, σάλπιγξιν, εἰδώλοις, Ἐρινύσι, τούς τε ὑποκριτὰς χειρῖσι[1]) σκεπάσας καὶ τῷ σύρματι[2]) ἐξογκώσας μείζοσί τε τοῖς κοθόρνοις μετεωρίσας κτέ' haustus est[3]).

Secundum haec verba Aeschylus cothurnos non invenit, sed potius eis maiorem tantum altitudinem dedit. Nec minus probabile est poëtam χειρῖδας et tunicam effertam induxisse: quae res fuerunt necessariae, quia altitudo histrionum cothurnis aucta erat. Quales personae fuerint Aeschyli temporibus, hoc loco non comperimus. Si Suidam ducem sequimur, ille personas graves et coloribus inter se distinctas invenit (Αἰσχύλος· οὗτος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ καὶ χρώμασι κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγικοὺς κτέ): quod per se ipsum verisimile est[4]). Tum si Suidas tradit Φρύνιχος· οὗτος δὲ πρῶτος ὁ Φρύνιχος

---

1) χειρῖσι recte coniecit pro χειρί Ritter ad Didymi opusc. p. 159.

2) in σώματι corruptum in Robortelli edit. schol. cf. Dindorf l. a. p. 7. Pro σώματι coniecerunt Westermann (Vit. script. Graec. min. adn. ad vs. 78) σωματίῳ, Wiesel. (Ind. schol $18^{69}/_{70}$ Gott. p. 5) ζώματι Sed quia σύρματι, quod in cod. exstat, optimum sensum praebet, non video causam mutandi.

3) Inter omnes constat hanc Aeschyli vitam ex diversissimis scriptoribus collatam esse. Potestne fieri, ut quis fuerit auctor horum verborum suspicemur? Propter vocis κόθορνος usum conicere licet verba fluxisse e fonte Romano, quia semper Romani ἐμβάτην Graecorum voce cothurni significant. Etsi scriptor non Romanus ipse est, tamen fuisse hominem ab Augusto Romae educatum conicere licet: Jubam regem Mauretaniae, qui scripsit librum περὶ τῆς θεατρικῆς ἱστορίας. Accedit quod paulo post in cod. Med. inveniuntur verba ἐκ τῆς μουσικῆς ἱστορίας — ex Jubae libro censeo —, quae non ad ea quae sequuntur, sed ad ea quae antecedunt referenda sunt.

4) Jam Eumarus pictor, qui floruit a. 530 a. Chr. n. feminas et viros in picturis coloribus discreverat.

γυναικεῖον πρόσωπον εἰσήγαγεν ἐν τῇ σκηνῇ me quidem iudice hoc summa veritatis specie ad distinguendas personas virorum et feminarum refertur[1]). Nam feminarum partes sine dubio iam antea in scaenam produxerant poëtae, sed non personam muliebrem a virili distinctam[2]). Quod factum esse puto quo tempore Eumarus primus genera hominum in picturis suis discrevisse fertur.

Nonnulli scriptores etiam Choerilum — ut tradit Suidas — personas habitumque histrionum meliorem fecisse contenderunt (*Χοιρίλος· κατά τινας τοῖς προσωπείοις καὶ τῇ σκευῇ τῶν στολῶν ἐπεχείρησεν*). Thespis vero usum ipsum personarum, quae e linteo solo factae erant, intulisse fertur (Suidas . . . *εἰσήνεγκε καὶ τὴν τῶν προσωπείων χρῆσιν ἐν μόνῃ ὀθόνῃ κατασκευάσας*). Antea os foliis circumvelaverat (ib. *ἀνδράχνῃ ἐσκέπασεν ἐν τῷ ἐπιδείκνυσθαι*), initio coloribus tantum imbuerat (ib. *Θέσπις· καὶ πρῶτον μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμυθίῳ ἐτραγῴδησεν κτέ*).

Thespin primo os unxisse, etiam ab aliis scriptoribus traditur (Hor. Ars poet. 277 . . 'peruncti faecibus ora'. Euanth. de trag. et com.: 'ora sua faecibus perlinebant scaenici ante usum personarum ab Aeschylo repertum').

Iam per se ipsum probabile est Thespin initio ornatum cultorum Bacchi gestasse, quia e cultu Bacchico tragoedia originem duxit. Idem probat quod Suidas nobis tradit. Nam fuit etiam sacerdotum aliorumque cultorum dei os foliis similibusque rebus velare (cf. Athen. XIV, p. 622 B.)[3]). Nec minus consuetudo oris perungendi in cultu Bacchico usitatissima fuit (*περὶ κωμῳδίας* 2. Bergk, Proleg. de com. III,

---

1) Saepius vero *πρόσωπον* pro *προσωπεῖον* usurpatum est: Lucian. Piscat. c. 36 *πρόσωπον ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατεινόμενον*. Aristot. Ars poet. c. 5 *τὸ γελοῖον πρόσωπον αἰσχρόν τι κτέ*.

2) Expressis verbis a Suida Thespin personas e linteo solo factas induxisse indicatur, cf. infra. Qua ex re nobis concludere licet, initio omnes eandem formam praebuisse.

3) Ita conspicimus in lapidibus incisis personas tali modo ornatas primo editis a Koehlero in libro qui inscribitur: Masken, ihr Ursprung u. neue Auslegung u. s. w. (Wies. D. d. B. V, 2—6. Sommerbr., Scaen. Tab. adj.).

2. p. XXIII)[1]). Bacchi ipsius signum in ore tinctum erat (Paus. II, 2, 5 *τὰ δὲ πρόσωπα ἀλοιφῇ σφίσιν ἐρυθρᾷ κεκόσμηται.* Cf. ib. VII, 25, 11).

Qualis fuerit vestis Thespidis maxime e vasculorum picturis illius temporis cognoscere possumus. Plerumque figurae gestant tunicam talarem sine manicis, variis modis ornatam[2]).

Cum hac tunica talari Athenienses usque ad tempora tantum Thucydidis usi sint[3]), in cultu etiam postea semper usurpata est, ita a sacerdotibus[4]) a citharoedis, ab histrionibus. Qua ex similitudine inter habitum histrionum et cultorum Bacchi factum est, ut cum memoria priorum temporum evanuisset ornatum cultorum Bacchi imitationem esse habitus scaenici scriptores existimarent (Athen. I, 21 *καὶ Αἰσχύλος δὲ οὐ μόνον ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα ἣν ζηλώσαντες οἱ ἱεροφάνται καὶ δᾳδοῦχοι ἀμφιέννυνται κτέ*). Etiam nostris diebus haec similitudo nisi ipse fallor Robertum fefellit. In opere enim caelato, quod nuper edidit[5]), quae figurae sedenti appropinquant, histriones tragicos esse suspicatur. Sed hac in re cum magistro meo doctissimo consentire non possum. Nam quia cothurni desunt, illi non sunt histriones, sed potius cultores Bacchi, quorum vestis — ut ex Athen. loco elucet — respondebat habitui histrionum. Accedit quod figurae tympana gestant, quae aptiora sunt ad Bacchi cultores quam ad histriones tragicos. —

De origine habitus scaenici scriptores posterioris temporis incredibilia fere protulerunt. Jam commemoravi quod Athenaeus tradit. Strabo vero histriones vestes Thessalorum imitatos esse censuit (XI, 12 *τὴν ἐσθῆτα δὲ τὴν Ἀρμηνιακὴν Θετταλικήν φασιν, οἷον τοὺς βαθεῖς χιτῶνας οὓς καλοῦσιν Θετ-*

1) Cf. B. Arnold, Ueber Masken (Verhandl. d. 29. Phil. Vers. 1879 p. 16).

2) Qua de causa quod in cod. Med. Aeschylus *χειρῖδας* in scaenam primus intulisse traditur, etiam hac ex parte summam veritatis speciem adipiscitur.

3) Thuc. I, 6. — Eust. ad Il. XIII, 685 p. 954, 47. Poll. VII, 71.

4) Cf. sacerdotem inter deos, qui sedentes ficti sunt in opere caelato supra portam templi Minervae quem vocant Parthenonem in arce Atheniensium.

5) Mitth. d. arch. Inst. in Ath. 1882 Taf. IV.

ταλικοὺς ἐν ταῖς τραγῳδίαις καὶ ζωννύουσι περὶ τὰ στήθη καὶ ἐφαπτίδας ὥς καὶ τῶν τραγῳδῶν μιμησαμένων τοὺς Θετταλούς). Quod quam falso dictum sit, repetere nolo.

3. Pollux.

Commemorat grammaticus inter apparatum scaenicum ornatum histrionum fabulae satyricae, quae ex temporibus fere Alexandrinorum non iam agebatur. Excerpsit igitur hanc sui libri partem Pollux ex alio quodam fonte. Estne verisimile, eum cetera quae de habitu scaenico narrat ipsum composuisse? At profecto non opus est expressis verbis indicare, grammaticum alius scriptoris librum expilasse. Quod unusquisque qui illorum temporum modum scribendi cognoverit statim concedet. Ac summa veritatis specie E. Rohde in libro De J. Pollucis in apparatu scaen. enarrando fontib. Lips. 1870 probavit quae Pollux narrat de apparatu scaenico maximam partem fluxisse e Jubae regis Mauretaniae libro *περὶ τῆς θεατρικῆς ἱστορίας*. Quod si recte se habet, quem habitum Pollux enumerat, iam Alexandrinorum temporibus usurpatum esse existimare debemus, quia Juba ex illorum grammaticorum libris hausit[1]). Altera autem ex parte ad idem ducimur. Reperta est enim Pompeis pictura parietis cum personis scaenicis[2]), quarum ornatus cum descriptione Pollucis consentit. Dubium esse non potest, quin personae iam Alexandrinorum temporibus, quia artes Companiae prorsus ab arte illius temporis pendebant[3]), in Graecia sint usurpatae. — Quaeritur nunc, quo tempore ornatus ille prorsus excultus sit. Aeschylum secundum ea, quae antea exposuimus, iam totum apparatum induxisse, nemo credet. Alexandrinorum autem grammaticorum temporibus excultus erat. Qua de causa verisimillimum est, inter Euripidis et illorum tempora habitum histrionum ad summam

1) In personis describendis Juba sine dubio Aristophanis Byzantii de personis scaenicis commentatione (*περὶ προσώπων*) — etsi non ipsa — usus est (cf. Rohde l. a. p. 56).

2) Arch. Ztg. 1878, Taf. III. IV. V.

3) Cf. Helbig, Untersuch. über camp. Wandmal.

perfectionem venisse, praesertim cum etiam ars histrionum tum maxime floruerit [1]). —

Res minima, sed tamen commemoratione digna esse mihi videtur quod Pollux voce *κόθορνος* utitur. Nam iam antea (p. 12 adn. 3) vidimus hac voce Jubam calceamenta illa tragica significasse. — Non dubium erit, quin praeter Pollucis descriptionem, quod nobis a grammatico in Bekk. Anecd. Par. I, 19 traditur, e Jubae regis libro fluxerit. Nam quod affert cum Pollucis verbis consentit, sed permulta non commemorat. Si antea recte censuimus, hic quoque scriptor voce *κόθορνος* uti debet. Et profecto utitur! —

II. Artis monumenta.

Scaenae et singuli histriones ex Alexandri Magni temporibus ab artificibus clarissimis saepissime pingebantur. Ita pinxit Aristides (c. Ol. 100–110) tragoedum et puerum (Plin. XXXV, 99), quae pictura in templo Apollinis Romae erat, Aëtion Tragoediam et Comoediam (Plin. XXXV, 78), Apelles tragoedum (Plin. XXXV, 93), Cratinus comicos histriones (Plin. ib. 140), Eudorus (ib. 141) et Serapion (ib. 113) scaenas, Calates comicas tabellas (ib. 114) [2]). —

Etiamsi hae picturae ipsae non servatae sunt, tamen casu felici vel infelici dicam factum est, ut Pompeis et Herculanei imitationes earum ad nostra tempora venirent.

Praecipue personarum picturae ibi ad exornandos parietes usurpabantur, sed nonnullae tantum ad apparatum scaenicum referri possunt [3]). Tum autem scaenae quoque repertae sunt: in quibus histriones tragici aut cothurnos [4]) aut calceos tantum gestant [5]).

---

1) Cf. Grysar, de Graecorum trag. qual. fuer. c. temp. Demosth. Col. 1830 p. 27—39.

2) Cf. Maass, Annali 1881 p. 155.

3) Cf. Robert, Arch. Ztg. 1878, l. a. — De pers. scaenic. agem. infra.

4) Wies. VIII. 12. IX. 1.

5) Wies. XI, 5. Helbig, Wandgem. No. 1466. M. d. J. XI, 30—32. Presuhn, Pompei. Leipz. 1882, Abt. IX, Taf. IV.

Scaenas histrionum, qui cothurnis non utuntur, Maassius [1]) imitationes esse picturarum Graecarum antiquioris temporis explicare studet. Nam usum cothurnorum apud Graecos post Euripidis tempora abolitum esse. Contra histriones cum cothurnis ad scaenam Romanam refert, quia ex eius sententia cothurni apud Romanos hoc tempore universe usurpati sint. (Cf. l. a. p. 115 '*basterà rammentare i ben noti monumenti trovati in Campania ed altrove e le testimonianze letterarie* (Helbig, W. No. 1465. 1467. Wieseler, D. d. B. XIII, 2. — Cicero, de fin. III, 14, 46. Hor. Ars poet. 90 sg. Ovid, Amor. III, 1, 14 ecc.')). Deinde affert Athenaeum V, 198a censens '*l'altezza straordinaria si spiega pure senza coturni.* Apoll. II, 49'. De his duobus locis iam supra (p. 10) dictum est. Omnino fieri non potest, ut loci inter se comparentur. Nam altitudo ingens non explicatur loco Apoll. II, 49. — Tum picturae allatae (Helbig 1465. 1467) minime demonstrant, quod Maassius contendit, quia prius docendum est, eas ad scaenam Romanam referendas esse. Postremo non intellego, quomodo ex locis ab eodem allatis concludi possit, usum personarum in scaena Romanorum longe lateque diffusum fuisse. Nam Cicero l. a. loquitur de cothurnis quidem, sed non de cothurnis ab histrionibus Romanis usurpatis. Horatius l. a. cothurno tragoediam, socco comoediam significat: qua significatione poëtae Romani saepius usi sunt [2]). Tamen cum inter omnes constet, quomodo Romanorum ars et poësis ex arte et poësi Graecorum pendeant me quidem iudice nihil ex his locis concludi potest de usu cothurnorum in scaena Romana. Idem valet de loco in Ovid. Amor. 'Venit et ingenti violenta Tragoedia passu Fronte comae torva palla iacebat humi Lydius alta pedum vincla cothurnus erat'. Non dicam quomodo Ovidius ex poësi Graecorum pendeat. Quid? Signum Tragoediae nonne a Graecis in arte ad certam formam redactum erat [3])? Qua de causa ille, si Tragoediam describere voluit, ad hanc speciem respicere debuit, etiamsi de fabula Romana loquitur. Saepius vero cothurni a scrip-

1) Annali d. Inst. 1881 p. 114 seqq.

2) Mart. lib. VIII, ep. III. Claud. lib. I in Eutrop.

3) Cf. Wiesel., D. d. B. IX, 2. 3.

toribus Romanis commemorantur, sed de usu in scaena Romana nunquam sermo fit[1]). Romani vero ipsi usum cothurnorum ad Graecorum inventionem reducebant[2]). Qua de causa si qui histriones Romanorum cothurnis usi sunt, debuerunt esse ii qui fabulas crepidatas more Graecorum institutas[3]) agebant. Sed in fabulis istis histriones non cothurnis, sed crepidis induti erant[4]). Secundum Ribbeckium quidem crepidae fuerunt calceamenta, quae ad cothurnos respondebant ('*ein ziemlich plumper Untersatz d. Schuhs von Holz oder Leder*'. Röm. Trag. p. 662), sed his ex verbis non satis elucet, quomodo cothurni et crepidae inter se diversae fuerint. Crepidae fuerunt calceamenta cum altioribus soleis (Bekker, Anecd. p. 237, 19. *κρηπίς· εἶδος ὑποδήματος ἀνδρικοῦ ὑψηλὰ ἔχοντος τὰ καττύματα*), sed fuerunt — ut ex hoc loco iam elucet — calcei cotidianae vitae, sed nunquam cothurni. Accedit quod Ister narrat[5]), chorum crepidas gestasse. Hic autem propter saltationes tragicis cothurnis uti non potuit[6]).

Secundum ea quae adhuc constituimus nullus scriptor in scaena Romana cothurnos usurpatos esse tradit. Itaque mihi verisimile non videtur, histriones Romanos iis usos esse. Tamen si quis dubitet non habeo quod opponam[7]).

---

1) Plin. N. H. XXXVII, c. 11. Hor. lib. I. Sat. V. Sidon. Apoll. lib. VIII, ep. VI. Apuleius lib. III. Flor. Plin. jun. lib. IX, ep. VII cett.

2) Hor. Ars poet. 278. Serv. ad Verg. VIII., Ecl. 10., cf. supra.

3) Donat ad Ter. Adelph. Prol. 7. Varro ap. Diomed. 3 p. 487. Lyd. de magg. I, 40.

4) Donat. ad Ter. Adelph. prol. 7 'crepidatae fabulae in quibus actores cum crepidis prodibant: quae et palliatae'.

5) Vita Sophoclis: *φησὶ δὲ καὶ Ἴστρος, τὰς λευκὰς κρηπῖδας αὐτὸν ἐφευρηκέναι, ἃς ὑποδέονται οἵ τε ὑποκριταὶ καὶ οἱ χορευταί.*

6) *κρηπίς* fuit *κοῖλον ὑπόδημα*, cf. Theophrast. Char. 2, ubi *κόλαξ: καὶ συνωνούμενος [ἐπὶ] κρηπῖδας τὸν πόδα φῆσαι εἶναι εὐρυθμότερον τοῦ ὑποδήματος*. Etiam opus pistorium *cavum κρηπίς* vocabatur. Athen. XIV, p. 615. Poll. VI, 77. Hesych. s. v. *κρηπίς*. cf. Hermann, Priv.-Alterth. [3] p. 182. Becker, Char. III[3] p. 276.

7) Quam figuram in opere caelato (Wies. D. d. B. XIII, 1) conspicimus cum cothurnis, nihil demonstrat, quia cum quam saepe histriones Graeci apud Romanos fabulas egerint, inter omnes constet (cf. p. 21), illam tragoedum esse Graecum censeo.

Deinde Maassius cothurnos ab Euripidis temporibus a scaena Graeca remotos esse censet. Nam primum '*come l'abolizione della maschera così quella dei coturni sarebbe stata una conseguenza necessaria della direzione che prese la tragedia sotto l'inflenza d'Euripide*', tum artifices ex Alexandri Magni temporibus deos humaniores fingere studuisse. Sine dubio haec vera sunt, sed minime demonstrant, cothurnos abolitos esse. Ut persona histriones Graeci semper usi sunt, ita cothurni in usu scaenico remanserunt. Sed etsi quod Maassius censet, pro vero habemus, explicandum est, quomodo fieri potuerit, ut cothurni postea denuo in usum scaenicum introducerentur. Non dicam de histrione, qui in pompa Ptolem. Phil. ingressus est, de Polo, Aristodemo, Satyro, qui secundum Lucianum cothurnos gestabant (cf. p. 10). — Tertia eiusdem causa est '*la mancanza dei coturni ai piedi dei tre attore tragici*' in vasculo illo Rubastino (Wies. D. d. B. VI, 2). '*Ora quando si consideri la perfetta concordia in questo punto fra il detto vaso ruvese ed il fregio scenico di Pompei — concordia che si spiega in tanti casi per mezzo dell'influenza dell' arte alessandrina — lungi dal crederla fortuita, si converrà, che il difetto dei coturni pure sul vaso riguarda una proprietà scenica del teatro della detta epoca*'.

Primo considerenus picturam Pompejanam, qua Maassio auctore histriones fabulae satyricae efficti sunt. Unusquisque qui sine consilio quodam eam aspicit, histriones tragicos esse concedet. Nam gestant eundem habitum quam ceteri histriones tragici. Maassius ipse (p. 111) '*a primo sguardo*' inquit '*si distinguono scene tragiche e comiche che cambiano*'. — Quam ob rem ego non intellego cur haec pictura ad fabulam satyricam referenda sit causam. Nam responsio quam ille indagare conatus est, si scaena ex fabula quadam satyrica esset non firmaretur, sed potius, quia ceteri histriones sunt aut tragici aut comici, deturbaretur.

Contra in vasculo illo Rubastino non '*attori tragici*', sed histriones fabulae satyricae efficti sunt. Et '*la mancanza dei coturni*' non impedit, quin histriones tragicos cothurnos gestasse censeamus. Immo vero non cognitum est, num histriones fabulae satyricae omnino cothurnis usi sint. Quod

mihi minime probabile esse videtur. Nam cothurnus quo tragici histriones gravitatem dignitatemque heroum adaequarent, accomodatus non fuisset, quo momento heroes dignitatem deponentes inter satyros iocosos sese miscebant. Nec vero fieri potuit, quin sine cothurnis scaenam ascenderent, ut satyrum lascivum data occasione persequerentur et punirent[1]) aut bibentes atque edentes humi se sternerent[2]). — Postremo pictura vasculi ipsa probat, histrionibus fabulae satyricae cothurnos non fuisse.

At in scaena fabulae satyricae Silenus gestat cothurnos. (Wies. D. d. B. VIII, 11). Summa vero eruditione Wieseler probare studuit in libro qui inscribitur: 'Das Satyrspiel'[3]), hanc scaenam ad fabulam satyricam referendam esse, quamquam ipse animadvertit, ornatum histrionis non respondere ad Sileni habitum scaenicum, qui nobis e monumentis artis[4]) et litteris[5]) cognitus est. Qua in re diiudicanda unum est gravissimum: Gestatne figura illa calvitium annon? Si gestaret, assentirer Wieselero, si non gestat — quod persuasum habeo — tragoedum et puerum aut si mavis satyrum conspicimus. In memoriam revoco tragoedum et puerum iam antea pinxisse Aristidem[6]). Si tum quaeris, quas partes ille tragoedus susceperit, non haereo: Bacchi partes suscepit. Nam ornatus histrionis consentit cum Pollucis descriptione Bacchi[7]). Supra *ποικίλον* nonne pallium croceo colore conspicimus, quod secundum feminarum consuetudinem[8]) ex-

---

1) Cf. Aristid. 46. II, p. 310. Welcker, Nachtr. z. aeschyl. Tril. p. 298. — Saepius eiusmodi scaenae in vasorum picturis inveniuntur sine dubio respicientes ad fabulam satyricam. Tischb. III, 37. Mill. Gall. Myth. 120, 471. Philol. XXVII, Tab. II, 1.

2) Herc. in Eur. Syleo *κατακλιθεὶς ἠκρατίζετο* (Philo Judaeus II, p. 461). Syleo advenienti acclamat Herc. *κλίθητι καὶ πίωμεν.* — In Eur. Cyclope deinde Silenus et Cyclops corpora prosternunt, cf. vs. 544 Cycl. *κλίθητι νύν μοι πλευρὰ θεὶς ἐπὶ χθονός.*

3) p. 68. 29. 71 saep. cf. D. d. B. p. 51.

4) Wies. D. d. B. VI, 2. 6. 9.

5) Poll. IV, 118.

6) Plin. XXXV, 99.

7) IV, 117.

8) Cf. Wiesel. D. d. B. VII, 11.

tremam partem capitis tegit, nonne coronam in capite? Nec desunt thyrsus et cingulum, sed effingebantur pessime ab artifice. —

Omnia quae adhuc constituta sunt nos docent, ab Aeschylo ad extrema rei scaenicae Graecorum tempora, in scaena Graeca cothurnos usurpatos esse. Qua re constituta non difficile est iudicare de picturis Pompeianis, quarum aliae histriones tragicos cum cothurnis aliae cum calceis (crepidis) nobis ante oculos ponunt. Nam cum histriones Romani cothurnos summa veri specie non gestaverint, sed Graeci per totam antiquitatem, illas ad scaenam Romanam, has ad fabulas Graecas referendas esse ut ipse persuasum habeo ita me persuasisse spero. Accedit quod cum histrionum cum cothurnis personae respondeant ad descriptionem Pollucis, hoc minime dici potest de personis ceterorum [1]).

Quaeritur deinde utrum hae scaenae cum histrionibus Graecis imitationes tantum sint picturarum antiquioris temporis an referendae sint ad fabulas Graecas Pompeis actas. Jam satis constat, histriones Graecos saepissime apud Romanos fabulas egisse, praecipue in urbibus Campaniae. Qua de causa Brutus suo tempore in Campaniam profectus est, ut histriones Graecos ad ludos suos colligeret [2]).

Quam ob rem nihil impedit, quin picturas ad fabulas Graecas eodem tempore Pompeis aliisque in urbibus Campaniae actas referamus. Tamen eas, etiamsi non imitationes

---

1) De personis infra copiosius agemus.

2) Cf. Plut. Brut. c. 21 — Ceter. cf. de ludis Graecis Cic. pro Arch. 5, 10. Polyb. XXX, 13. Sueton, Caes. c. 39. Cic. ad fam. VII, 1. 3, ad Attic. XVI, 5. 1. — Quaestio difficillime diiudicanda est, utrum in ludis Graecis totae fabulae agerentur (Welcker, Gr. Tr. p. 1323. 1329.) an nonnullae partes ('*declamirend oder singend zur Flöte vorgetragen.*' Mommsen, Röm. Gesch. III, [6] p. 629 A). Demonstrari potest nihil, sed verisimilius mihi videtur quod Welckerus censuit. Nam si Cic. in Caec. XV, 48 histriones Graecos et Romanos inter se comparans ait: '*ut in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, quum possit aliquanto clarius dicere quam ipse primarum, multum submittere, ut ille princeps quam maxime excellat*' magis de totis fabulis agendis quam de actione partis fabulae cuiusdam cogitem.

ipsae tabellarum antiquioris temporis sunt, prorsus ex arte Graecorum pendere, non expressis verbis indicare opus est.

Quas ad fabulas Graecas scaenae pertineant, dubium exsistit. C. O. Müller alteram picturam (Wies. IX, 1) scaenam ex Eurip. Iphig. Aul. esse censuit, quod iam Wiesel. haud probabile esse contendit[1]). Mihi quoque Müller non persuasit, sed nescio meliorem sententiam proferre. Quam ad fabulam altera (Wies. VIII, 12) pertineat, multo iam minus diiudicare audeo. Tamen mihi non displicet Ribbeckii coniectura[2]) qui hanc scaenam ad Iphigeniam refert.

Picturis statim addere mihi liceat opus tessellatum Musei Vaticani[3]) repertum Lorii, quae urbs est sita Etruscorum in agro, quod imperatorum demum temporibus factum est. Arte autem cohaeret cum picturis Pompeianis Graecisque artis operibus. Tamen opus tessellatum non solum interitum artis, sed etiam rem scaenicam ad ruinam delapsam esse indicat[4]).

Ex eodem fere tempore est signum eburneum histrionis tragici a Roberto editum (Mon. d. I. XI, 13). Totus quidem ornatus histrionem Graecum indicat, sed persona cum caeruleis crinibus ad interitum rei scaenicae velut digito monstrat.

Deinde hoc loco commemoranda est pictura parietis Cyrenis reperta (Wies. XIII, 2). Quamquam histriones secundum editionem a Pacho curatam cothurnos non gestant, tamen eos ad scaenam Graecam pertinere censeo, quia basis pedibus subiecta me quidem iudice pro cothurnis valet[5]).

Inter monumenta autem, quae ad rem scaenicam spectant, vix commemorari debet tabula ex aere facta[6]). Quam

---

1) D. d. B. p. 52 et Annali d. Inst. XXI, p. 368.

2) Röm. Trag. p. 663, 88.

3) Wies. D. d. B. VII. VIII. Totum opus edid. Millin, Description d'une Mosaïque ant. du Mus. Pio-Clement.

4) Fieri non potest ut scaenae ad fabulas certas referantur. Immo vero interdum viriles et muliebres partes inter se discernere non possumus.

5) Eodem modo iudicat Wiesel. D. d. B. p. 100.

6) Arch. Ztg. XXV, Taf. CCXXV, 1. p. 225. — Meliorem imag. tabulae ed. B. Arnold, 'Platte mit scenisch. Vorstellungen im Coll. Romano Würzburg 1868 p. 142 seqq.'

aut fraudulenter nostris temporibus factam aut imitationem esse imaginis prorsus non intellectae suspicor. Non dico de mirabili specie cothurnorum, praecipue monendum est chorum ipsum cothurnos ut ceteros histriones gestare.[1] —

PARS ALTERA.

DE HABITU

I. Aeschyli, Sophoclis, Euripidis temporibus.

Repetere nolo quod antea recensione fontium indagavimus de initiis habitus scaenici usque ad tempora Aeschyli. Omnes vero scriptores antiquitatis ea in re consentiunt, quod Aeschylus, quae species ornatus in universum per totam antiquitatem valuit, histrionibus dedit. Tamen nonnullis in rebus paullatim apparatus scaenicus sine dubio mutatus est. Quas mutationes quantum fieri potest investigare conabimur.

Fontes ad cognoscendum Aeschyli, Sophoclis, Euripidis temporibus habitum scaenicum sunt singuli loci fere soli fabulis poëtarum ipsis inserti. Perpauca tantum e Polluce de hac re comperimus.

1. Personae.

a. Aeschylus.

Io in Aeschyli Prometheo persona induta erat cum cornibus. Vocatur enim virgo *βουκέρως* (vs. 588) et *κεραστίς*

1) Cetera vero monumenta, quae ad rem scaenicam spectant, mitto hic enumerare, quia minoris momenti sunt neque ad id quod nobis proposuimus valent. — Sed erunt qui mirentur, quod prorsus tacui de vasorum picturis. Tamen Genellius (Theat. z. Ath.) et Jahn (Einleit. in d. Vasenmaler. p. CXXVII seqq.) animadverterunt, quem habitum in vasculorum picturis invenimus, saepius respondere habitui scaenico. Monumenta autem artis, quae ad rem scaenicam spectant, angustis tantum finibus coerceri hanc similitudinem, nos docuerunt. Tamen singulis in rebus ornatum in illis picturis effictum pendere ex habitu histrionum negari non potest. Praecipue hoc valet de insignibus (sceptro cum aquila, corona cett.), interdum de vestibus. In memoriam revoco vestes Eumenidum et — addere licet — paedagogorum. Habitum Persarum in vasorum picturis post quint. saec. a. Ch. n. respondere ornatui scaenico, suspicor, sed diiudicare non audeo. —

(vs. 693). Etiam in monumentis artis saepissime cornua in fronte gestat[1]).

In Eumenidibus chorus nigras personas vestesque sibi induit. Nam sacerdos Eumenides aspiciens exclamat (vs. 48) *οὔτοι γυναῖκας, ἀλλὰ Γοργόνας λέγω, οὐδ' αὖτε Γοργείοισιν εἰκάσω τύποις.* Vs. 53 *μέλαιναι ἐς τὸ πᾶν*[2]). Itaque indutae erant illae nigris vestibus et personis, manus autem et colla uncta erant nigro colore[3]). Somiliter Eumenides in vasorum picturis effictae sunt[4]). Pausania auctore (Descript. Graec. I, 28, 6 *πρῶτος δέ σφισιν Αἰσχύλος δράκοντας ἐποίησεν ὁμοῦ ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ θριξὶν εἶναι*) personae imaginibus serpentium quoque ornatae erant. — Porro cum persona nigro colore et cum nigris manibus prodiisse praeconem Aegyptium in Suppl. suspicor (cf. vs. 719 *πρέπουσι δ' ἄνδρες νάϊοι μελαγχίμοις γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν*).

Achilles de morte Patrocli summa tristitia affectus, personam tonsis cum capillis gestavit (Poll. IV, 141 *Ἀχιλλεὺς ἐπὶ Πατρόκλῳ ἄκομος.*) Conicio hanc fuisse personam Achillis, qui in Aeschyli *Φρύγες ἢ Ἕκτορος λύτρα* initio tacens in scaena sedebat, capite velato[5]). — Num chorus in Aeschyli Choephoris cum persona sanguine aspersa progressus sit in scaenam, non prorsus persuasum habeo. Nam verba (vs. 24 *πρέπει παρῇς φοινίοις ἀμυγμοῖς ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ*) magis poëtice mihi dicta videntur esse quam sensu proprio.

b. Sophocles.

Tyro: Genae personae eius fuerunt ita unctae, ut sanguine suffusae esse viderentur (Poll. IV, 141 *Τυρὼ πελιδνὴ*

1) Overbeck, Griech. Kunstmythol. II p. 465 fg. — Eodem modo Actaeon personam cum cornibus tulit (Poll. IV, 141 *Ἀκταίων ἐστὶ κεραςφόρος*).

2) Copiosius de furiarum habitu disseruit Wieseler in libro suo qui inscribitur: Coniectanea in Aeschyli Eumenides. Gott. 1839. II p. CXXXIII seqq.

3) Cf. Isid. Origg. X, 119 (histriones) nonnunquam et colla et manus perungentes, ut ad personae colorem pervenirent.

4) Cf. Jahn, Vasenbilder 1839 Tab. I. Inghirami, Vasi fitt. I, 60.

5) Cf. Aristoph. Ran. 911. Schol. ad Aesch. Prom. 435. Eustath. p. 1940, 64.

τὰς παρειὰς παρὰ Σοφοκλεῖ (*τοῦτο δ' ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς Σιδηροῦς πληγαῖς πέπονθεν*).

Cum persona simili modo tincta Oedipus in Oed. Reg. prodiit. Nam qui servus regem oculos sibi excussisse nuntiat, ad chorum (vs. 1297) *θέαμα δ' εἰσόψει τάχα* inquit *τοιοῦτον οἷον καὶ στυγοῦντ' ἐποικτίσαι*. Et chorus regem aspiciens exclamat (vs. 1304) *ἀλλ' οὐδ' ἐσιδεῖν δύναμαί σε*. — Persona regis in Oed. Colon. caecitatem indicabat[1]).

Thamyris persona utebatur, cuius alter oculus *γλαυκός*, alter *μέλας* erat (*Θάμυρις τὸν μὲν ἔχων γλαυκὸν ὀφθαλμόν, τὸν δὲ μέλανα*. Poll. l. a.). Quid hoc sibi velit, Lessingius primus exposuit. Nam Thamyris postquam initio eam partem personae, qua oculus validus fuit, spectatoribus obvertit, cum a musis obcaecatus esset, subito alterum oculum, qui praebuit caecitatis speciem, monstravit[2]).

c. Euripides.

Εὐίππη[3]). Persona eius caput equi imitabatur (*Εὐίππη, ἡ Χείρωνος ὑπαλλαττομένη εἰς ἵππον παρ' Εὐριπίδῃ*).

Deinde commemoranda est hic persona Persei in Androm., cuius imago nobis nuper pictura Pompeiana a Roberto edita[4]) proposita est. Summa autem veritatis specie — ut iam supra animadverti — relata est a Roberto ad fabulam Euripideam. Supra frontem personae Persei est galea, cuius media pars in gryphum exit.

Bacchus in Bacchabus personam flavis cum crinibus et juvenili oris colore gestabat (vs. 235 *ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὔοσμος κόμην*. vs. 457 *λευκὴν δὲ χροιὰν εἰς παρασκευὴν ἔχεις οὐχ ἡλίου βολαῖσιν, ἀλλ' ὑπὸ σκιᾶς*. 438 *οἰνωπὸν γένυν*).

Personas pallido colore habebant Erinyes[5]). Nam in Aristoph. Plut. (422) Chrem. ad Peniam *'σὺ δ' εἶ τίς'*; inquit

1) Poll. l. a. commemorat personam Phinei caeci (*Φινεὺς τυφλός*).
2) Cf. Quint. XI, 3. 75.
3) Rectius *Ἵππη*, cf. Welcker, Gr. Tr. II, 848. Nauck, Trag. gr. fr. 404. 408. Wies. Ind. schol. 1869/70 p. 21.
4) A. Z. 1878 Tab. III.
5) De Eumen. persona ap. Aeschyl. cf. supra.

'ὠχρὰ μὲν γάρ εἶναί μοι δοκεῖς'. Blepsid. ad Chrem. ἴσως Ἐριννύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας[1]).

Cum Aeschyli temporibus persona tonsis cum capillis Achillis solius tristitia de morte Patrocli affecti propria fuisset[2]), in Euripidis fabulis omnes qui lugebant persona tonsis cum capillis ornati erant[3]). Ita Admet. in Alcest. (vs. 512 τί χρῆμα κουρᾷ τῇδε πενθίμῳ πρέπεις), Tyndareus in Or. (vs. 458 κουρᾷ τε θυγατρὸς πενθίμῳ κεκαρμένος), Electra in El. (vs. 108 εἰσορῶ τήνδε πηγαῖον ἄχθος ἐν κεκαρμένῳ κάρᾳ φέρουσαν), Chor. in Suppl. (v. 97); Jocast. in Phoen. (vs. 321) Helena in Hel. (vs. 1087. 1187), Hecub. in Troad. (vs. 141)[4]).

Qui res adversas nuntiabant servi, vultus tristes et supercilia deducta habebant[5]). Ita Creon in Phoen. (vs. 1332) nuntio adveniente 'οἴμοι' inquit 'τὸ μὲν σημεῖον εἰσορῶ τόδε, σκυθρωπὸν ὄμμα καὶ πρόσωπον ἀγγέλου', in Alcest. (776) Hercules ad nunt. 'σὺ δ' ἄνδρ' ἑταῖρον δεσπότου παρόνθ' ὁρῶν στυγνῷ προσώπῳ καὶ συνωφρυωμένῳ δέχει'.

Senes alba cum caesarie prodibant: Cadmus et Tires. in Bacch. (vs. 185 κρᾶτα πολιόν. 324 πολιὰ ξυνωρίς), Chor, sen. in Herc. fur. (vs. 693.) — Chor. in Soph. Antig. (vs. 1093) 'ἐπιστάμεσθα' inquit 'δ' ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα'. — Porro Aethra in Supplic. (vs. 289 λευκὸν κρᾶτα), Hec. in Hec. (vs. 500 πάλλευκον κάρα), Jocast. in Phoen. (vs. 322 λευκόχροα κόμαν).

Caesarie cum fusca Polynices in Phoen. scaenam ascendit (vs. 308 βοστρύχων κυανόχρωτα χαίτας πλόκαμον σκιάζων δέραν ἁμάν).

Flavi capilli saepissime commemorantur in Eur. fabulis: Infantes Medeae in Med. (vs. 1141 ξανθὸν κάρα), infant. Herc. in Herc. fur. (vs. 993). — Iphig. in Iph. Taur. (vs. 21), Helena

1) Cf. Schol. ad h. l.

2) Nam non video quomodo aliter explicari possit, quod Pollux hanc personam inter illa ἔκσκευα πρόσωπα commemorat.

3) Cf. Welcker, A. D. V, 86 O. Jahn: Arch. Ztg. 1854 p. 235. Interpret. ad Eur. Hel. 367. Hec. 837. Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 235).

4) Cf. Isidor. l. a. (histriones prodeunt) 'modo tonsi modo criniti'.

5) Cf. Quint. Inst. or. XI, 3, 79 'tristitia deductis (superciliis), hilaritas remissis ostenditur'.

in Hel. (vs. 1224), Clytaemn. in El. (vs. 1071). — Menelaus in Orest. (vs. 1532, cf. Iph. Aul. 175.), Orest. in El. (vs. 515, cf. Iph. Taur. 51), Hippolyt. in Hipp. (1343), Herc. in Herc. fur. (362), Lyc. in Herc. fur. (vs. 233), Bacchus in Bacch. (cf. supra).

2. Vestes.

Secundum Genellium [1]) habitus scaenicus virorum fuit tunica variata cum manicis, quae adolescentibus usque ad genua, viris et senibus usque ad pedes dependebat. Nihil de hac re traditur, sed potius in artis monumentis, quae ad rem scaenicam spectant, omnes heroes et heroides tunicis eiusdem longitudinis utuntur. Accedit quod longitudo tunicarum, quae usque ad saeculum quint. a. Chr. n. ab Atheniensibus usurpatae sunt, ex quibus ut antea exposuimus histrionum habitus originem duxit, sive virorum sive mulierum inter se non differebat [2]).

a. Aeschylus.

Minerva in Eumenid. aegide amicta est (vs. 404 *πτερῶν ἄτερ ῥοιβδοῦσα κόλπον αἰγίδος*).

Bacchus in Lycurgia muliebrem vestem sibi induit. Cf. Aristoph. Thesm. 134 sqq. Mnes. ad Agath. *καί σ', ὦ νεᾶνις, ἥτις εἶ, κατ' Αἰσχύλον Ἐκ τῆς Λυκουργείας ἐρέσθαι βούλομαι Ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;* Schol. recte adn. *λέγει δὲ (Λυκοῦργος) ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς πρὸς τὸν συλληφθέντα Διόνυσον.* Nec non verisimile est tunicam croceo colore fuisse (cf. Arist. Ran. 45).

Vestes nigras gestabat chorus in Eumen. (cf. p. 24). Cassandra in Agam. induta erat veste sacerdotum (vs. 1264 *ἰδοὺ δ' Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύων ἐμὲ χρηστηρίαν ἐσθῆτα* [3]), chorus Danaidum peregrinis palliis et tegumento capitis (vs. 234 *ποδαπὸν ὅμιλον τόνδ' ἀνελληνόστολον πέπλοισι βαρβάροισι καὶ πυκνώμασι χλίοντα προσφωνοῦμεν;*), duces in

1) Theat. zu Athen p. 87; cf. Klein, Gesch. d. Dramas I p. 150. Bode, Gesch. d. hell. Dichtk. III, p. 179.

2) De tunica servorum cf. infra p. 42.

3) De vatum habitu cf. infra p. 41.

Sept. c. Theb. habitu militari, Electra et chor. in Choephor. vestibus nigris (vs. 10 *τίς ποθ' ἥδ' ὁμήγυρις στείχει γυναικῶν φάρεσιν μελαγχίμοις πρέπουσα;*).

b. Sophocles.

Cum dilaceratis vestibus in scaenam prodierunt Philoctetes [1]) (Philoct. 215. 225 *καὶ μή μ' ὄκνῳ δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένον*) et Telephus in Telepho. Cf. Nauck. Fr. trag. Graec. p. 457, fr. 698 *πτώχ' ἀμφιβλήματα σώματος λαβὼ ῥάκη ἀρκτήρια τύχης* [2]).

Rex in Oed. Col. sordidas vestes tulit vs. 159 *δυσπινεῖς στολάς*. 555 *σκευή τέ γάρ σε καὶ τὸ δύστηνον κάρα δηλοῦτον ἡμῖν ὄνθ' ὅς εἶ*, cf. 357).

c. Euripides.

Etsi iam apud Sophoclem nonnulli infelices dilaceratas vestes gestabant, tamen imprimis Euripides illos quam saepissime ita amictos prodeuntes fecit. Qua de causa luditur ab Aristoph. in Acharn. (vs. 412 Dic. ad Eur. *ἀτὰρ τί τὰ ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας ἔχεις ἐσθῆτ' ἐλεεινήν; οὐκ ἐτὸς πτωχοὺς ποιεῖς κτέ.* Cf. Jocast. in Phoen. vs. 322. Electr. in El. vs. 185. Menel. in Hel. (vs. 555. Hel. *καὶ μὴν στολήν γ' ἄμορφον ἀμφὶ σῶμ' ἔχεις*). — Lugentes nigris vestibus induti erant. Ita: Admet. in Alc. (vs. 922 *νῦν δ' ὑμεναίων γόος ἀντίπαλος λευκῶν τε πέπλων μέλανες στολμοί*), Tynd. in Or. (vs. 457), Amphitr. in Heracl. (vs. 702), Inf. Herc. in Heracl. (vs. 442), porro Helena in Hel. (vs. 1186, cf. supra), Jocast. in Phoen. (vs. 322), Electra in El. (vs. 185. 503), chor. in Suppl. (vs. 97).

Ut ii qui maerore de morte alicuius afflicti erant vestimenta nigra gestabant, ita Thanatus, deus ipse mortis, vestes nigro colore sibi induit (Alc. 843 *ἐλθὼν δ' ἄνακτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν Θάνατον φυλάξω*).

---

1) Xerxem in Aeschyli Persis eius modi cum veste progressum esse, non prorsus mihi persuasum est. Tamen qui hoc censuerunt, rectius iudicasse mihi videntur. Causas meas hoc loco afferre non liquet, quia ea re nimis ab eo quod mihi proposui abducar.

2) Fragm. 691. 701. Poll. l. a. *ῥάκια δὲ Φιλοκτήτου ἡ στολὴ καὶ Τηλέφου.*

Militibus habitus erat militaris. Ita Eteocles in Phoen. ad servos (779) '*ἐκφέρετε*' inquit '*τεύχη πάνοπλά τ'ἀμφιβλήματα*'. vs. 861 Cr. '*βασιλεὺς μὲν οὖν βέβηκε κοσμηθεὶς ὅπλοις*'.

Mulieres prodierunt aut albis cum vestibus (Helena in Hel. 1186) aut e bysso factis (Chor. Bacch. in Bacch. vs. 821. Bacch. '*στεῖλαί νυν ἀμφὶ χρωτὶ βυσσίνους πέπλους*'. Penth. '*τί δὴ τόδ'; εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρὸς τελῶ*'. vs. 915 *σκευὴν γυναικὸς μαινάδος Βάκχης ἔχων*), quibus praecipue iuveniles feminae utebantur[1]) aut variatis (Herm. in Andr. vs. 148 *στολμόν τε χρωτὸς τόνδε ποικίλων πέπλων*).

3. Tegumenta capitis.

Tegumentis capitis Graeci plerumque in itinere tantum utebantur[2]). Respectu habito huius consuetudinis vitae, in scaena qui proficiscentes fingebantur, pileum gestabant: Ismene in Soph. Oed. Col. vs. 313 Ant. '*κρατὶ δ'ἡλιοστερὴς κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει*'), Iris in Sophocl. Inacho (Schol. ad Arist. Aves 1203 *κυνῆ δὲ ὅτι ἔχει περικεφαλαίαν τὸν πέτασον, ὡς ὁ Ἑρμῆς ἄγγελος ὢν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ τῆς Ἴριδος* '*γυνὴ τίς ἥδε συληνᾶς*[3]) *Ἀρκάδος κυνῆ*), fortasse chorus nautarum in Soph. Philoct. Etiam Plautus inter apparatum nautarum nominat causiam ferrugineam (Mil. IV, 4, 2).

Feminae saepius pallium supra aversam capitis partem portabant: ita Antigone in Eur. Phoen. vs. 1490 *κράδεμνα δικοῦσα κόμας ἀπ' ἐμᾶς*[4]). Chorus Danaidum in Aeschyli Supplicib. scaenam ascendit tegumento capitis indutus, quod, ut videbatur, e panno Sidonico factum erat (vs. 235).

4. Insignia.

1) Dii et Deae. Apollo gestat in Aeschyli Eum. pharetram cum sagittis et arcum (vs. 180 *μὴ καὶ λαβοῦσα πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν χρυσηλάτου θώμιγγος ἐξορμώμενον*), arcus solus commemoratur in Eur. Alc. (vs. 34 *νῦν δ'ἐπὶ τῇδ' αὖ χέρα*

---

1) Cf. Poll. IV, 119 *ἡ δὲ τῶν νέων (ἐσθὴς) λευκὴ ἢ βυσσίνη*.
2) Cf. Becker, Char. III³ p. 262, Hermann, P.-A.³ p. 179.
3) Toupius coni.; *κυκλὰς 'Α. κυνῆς*.
4) Cf. Wieseler D. d. B. VII, 11.

ιοξήρη φρουρεῖς ὁπλίσας)[1]. Etiam Ion, sacerdos Apollinis, arcum fert in Eur. Ion. (vs. 108. 158. 164).

Mercurius manu tenet κηρύκειον[2]).

Bacchus et comites eius in Eur. Bacch. gestant thyrsum (vs. 495 Penth. ad Bacch. 'ἔπειτα θύρσον τόνδε παράδος ἐκ χεροῖν'. De Tires. cf. vs. 250 νάρθηκι βακχεύοντ', de Pentheo, qui Bacchas imitatur, cf. vs. 835 θύρσον γε χειρὶ —). Porro illi induti sunt variata nebride (vs. 249. 'ἐν ποικίλαισι νεβρίσι Τειρεσίαν ὁρῶ'. vs. 835 de Pentheo 'νεβροῦ στικτὸν δέρας'). Crines cincti erant mitra (vs. 833 Bacch. ad Penth. ἐπὶ κάρᾳ δ' ἔσται μίτρα)[3]). Apud Cadmum et Tiresiam commemorantur coronae hederaceae (vs. 177 στεφανοῦν τε κρᾶτα κισσίνοις βλαστήμασιν). Postremo chorus praeter thyrsos tympana gestasse videtur. Nam vs. 59 Bacch. chor. acclam. 'αἴρεσθε τύπανα'[4]).

Thanatus gladium secum tulit in Eur. Alc. (vs. 74 στείχω δ' ἐπ' αὐτήν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει)[5]).

De aegide Minervae iam supra (p. 27) dictum est.

Erinyes cum taedis scaenam ascendebant. Quod elucet ex Aristophanis Plut. vs. 423 Blepsid. 'ἴσως Ἐρινύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας. Chrem. 'ἀλλ' οὐκ ἔχει γὰρ δᾷδας'[6]).

2) Reges. Regum insignia fuerunt sceptra, quibuscum prodeunt: Peleus in Eur. Andr. (vs. 588 Pel. ad Men. 'σκήπτρῳ δὲ τῷδε σὸν καθαιμάξω κάρα'). Secundum schol. ad Aristoph. Aves (513) in sceptro regum aquila fuit (ἐν γὰρ τοῖς σκήπτροις τῶν βασιλέων ἦν ἀετός)[7]). — Dareus rex — ut fuit mos Persarum — in Aeschyli Persis tiaram in capite gestabat (cf. vs. 661. Chor. supplicat regi mortuo, ut veniat 'βασιλείου τιάρας φάλαρον πιφαύσκων'[8]).

1) Poll. IV, 117. τόξα καὶ φαρέτρα.

2) Poll. l. a. κηρύκεια. Wies. D. d. B. VII, 5.

3) Poll. l. a. μίτρα.

4) Uberius 'de personarum in Euripid. Bacchab. habitu scaenico' scripsit Schoene. Lipsiae 1831.

5) Cf. op. cael. columu. Ephesi repert.: Robert, 39. Winckelmanns-progr. 1879.

6) Wies. D. d. B. VII, 1.

7) Saepius in vasorum picturis (Gerhard, Auserl. Vas. Tab. VII, Gerh., Ges. Abh. XIX). — Poll. l. a. σκῆπτρα.

8) Poll. l. a. τιάρα.

3) Heroes. Heroes plerumque gladio[1]) armati erant, ut Ulixes in Soph. Phil. (vs. 1253), Orest in Eur. El. (vs. 225), Or. in Or. (vs. 1504), Polynic. in Phoen. (vs. 267), Menel. in Hel. (vs. 971), Aiax in Soph. Aiace (vs. 813)[2]). Comit. Ion. in Ion. (vs. 1258). —

Philoctetes in Sophoclis Phil. arcum tenuit (vs. 287. τόξον τόνδ'[3]).

Hercules gestabat ῥόπαλα καὶ λεοντῆν. Cf. Poll. l. a. Aristoph. Ran. 47.

4) Senes: Senes nitebantur baculis[4]): ita chorus nobilium senum in Aesch. Agam. (vs. 72 ἡμεῖς μίμνομεν ἰσχὺν ἰσόπαιδα νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις), chorus senum in Herc. fur. (vs. 108 ἀμφὶ βάκτροις ἔρεισμα θέμενος), Paed. in Eur. Ion. (vs. 743), Creus. ad Paed. βάκτρῳ δ' ἐρείδου περιφερῆ στίβον χθονός). In vasculorum picturis paedagogi semper fere bacula gestant.

5) Sacerdotes. Cassandra in Aesch. Agam. sceptrum habuit (vs. 1264 τί δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλωτ' ἔχω τάδε καὶ σκῆπτρα κτέ). Sacerdotibus Hesychio auctore sceptra laurea fuerunt, quibus nomen erat ἰθυντήριον (ἰθυντήριον· ὃ φέρουσιν οἱ μάντεις σκῆπτρον ἀπὸ δάφνης). Circa collum virginis vitta lanea fuit[5]). In Eurip. Troad. Cassandra coronam et sacram templi clavem tenet (vs. 256 Hec. ῥῖπτε, τέκνον, ζαθέους κλῇδας, ἀπὸ χροὸς ἐνδυτῶν στεφέων ἱεροὺς στολμούς. Eodem modo sacerdotes saepius in vascul. picturis. clavem gestant.

---

1) Poll. l. a. μάχαιραι. Wies. D. d. B. VII, 6. IX, 1. — Luc. Gall. c. 26 commemorat inter apparatum scaenicum ξίφη ἐλεφαντόκωπα.

2) De hoc gladio Aiacis Lobeck. in libro suo: Sophoclis Aiax. Berlin 1866. p. 298 recte animadvertit 'quo facilius fallerentur spectatorum oculi, Sophocles, ut videtur, dolonis scenici fraudem adiunxit, quo histriones πρὸς τὰς κιβδήλους σφαγάς uti tradit Achilles Tatius III. 20, 77 repertum in choragio histrionico gladium describens οὗ ὁ σίδηρος εἰς τὴν κώπην ἀνατρέχει'.

3) Wies. D. d. B. VII, 4. Poll. l. a.

4) Non multum tribuendum est Satyro, qui Sophoclem tradit τὴν καμπύλην βακτηρίαν invenisse (Vit. Soph. Dind. p. 11. Bergk p. VIII cf. p. XXVII): Σάτυρος δέ φησιν ὅτι καὶ τὴν καμπύλην βακτηρίαν αὐτὸς ἐπενόησεν). Tamen testantur verba, histriones hoc baculo usos esse.

5) In pictura Pomp. rubra infula collo Cassandrae circumiecta est, cf. Wieseler: Bergk u. Caesars Ztschr. 1845 p. 108.

Tiresias in Eur. Phoen. corona, quae praebet speciem auri, ornatus est (vs. 856 *καὶ τόνδε χρυσοῦν στέφανον ὡς ὁρᾷς ἔχω λαβών*).

Theonoae in Eur. Hel. duae servae taedas proferunt (vs. 865 Theon. ad alt. serv. *ἡγοῦ σύ μοι φέρουσα λαμπτήρων σέλας κτέ*).

6) Supplices. Insignia supplicum sunt verbenae lana alba circumvelatae, quibuscum prodeunt: Danaides in Aesch. Suppl. (vs. 23 *ἐριόστεπτοι κλάδοι* vs. 190 *λευκοστεφεῖς ἱκτηρίας — διὰ χερῶν ἐπωνύμων*), chor. in Eur. Suppl. (vs. 10 *ἱκτῆρι θάλλῳ*), Iocaste in Soph. Oed. Reg. (vs. 913 *τάδ' ἐν χεροῖν στέφη*), Orest. in Aesch. Choeph. (vs. 1035 *καὶ νῦν ὁρᾶτέ μ', ὡς παρεσκευασμένος ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει προσίξομαι*), Suppl. in Soph. Oed. Reg. (vs. 37 *ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι*), Iol. et inf. Herc. in Eur. Heracl. (vs. 70 *ἱκέται δ' ὄντες βιαζόμεσθα καὶ στέφη μιαίνεται*).

7) Coronati. Coronandi causa maxime diversa fuit. Plerumque vero fuit insigne eorum, qui gaudio affecti erant. Qua de causa sacerdos in Soph. Oed. Reg. Creontem coronatum aspiciens, exclamat (vs. 82) *ἀλλ' εἰκάσαι μέν, ἡδύς· οὐ γὰρ ἂν κάρα πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης*[1]). Nec aliter chor. in Soph. Trach. de adveniente nuntio ait (vs. 178) *καταστεφῆ στείχονθ' ὁρῶ τιν' ἄνδρα πρὸς χαρὰν λόγων*, Clytaemn. in Aesch. Agam. de praecone (vs. 493) *κήρυκ' ἀπ' ἀκτῆς τόνδ' ὁρῶ κατάσκιον κλάδοις ἐλαίας*[2]). Theseus in Eur. Hipp. (vs. 73) *τί δῆτα τοῖσδ' ἀνέστεμμαι κάρα πλεκτοῖς φύλλοις δυστυχὴς θεωρὸς ὤν;*

Tum Hercules a cena veniens coronam gestat in Eur. Alc., quia in conviviis caput coronabatur (vs. 759 Serv. *στέφει δὲ κρᾶτα μυρσίνης κλάδοις.* vs. 831. Herc. *κᾆτα κωμάζω κάρα στεφάνοις πυκασθείς;* — De coronis hederaceis cultorum Bacchi (Tir. et Cadm.) cf. supra.

---

1) Recte adn. ad h. l. Schneidewin p. 40 'Lorbeerbekränzt zogen die in die Heimath, welche an einem Orakelsitze glücklichen Bescheid erhalten hatten. Cf. Schol. — Müller-Wieseler, D. d. a. K. II, 947 et Wies. adn. ad h. vasc.

2) 'Nisi intellegendus est ramus olivae quem manu gestabat'. Wieseler.

Postremo coronabantur victores, ut Orest. et Pylad. in Eur. El. (vs. 882 *δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ἀνθήματα.* vs. 886 *σύ τ' ὦ παρασπίστ', στέφανον ἐξ ἐμῆς χερὸς δέχου*).

II. De habitu ex Euripidis temporibus.

Quamquam quae e fabulis supra attulimus imaginem totius habitus minime praebent, tamen ex iis quale fuerit discrimen inter Aeschyli et Euripidis tempora cognosci iam potest. Nam cum ille pro singulis partibus singularem personae speciem inveniat — in memoriam revoco Ionem, Eumenides, Achillem, Minervam —, Euripides iam generi cuidam toti eandem personam attribuit (juvenibus, senibus, lugentibus), quae nominabantur *ἔνσκευα πρόσωπα.* Haec divisio secundum sexum, aetatem, ordinem, mores, affectus in dies magis exculta postremo ad eam perfectionem pervenit quam e Pollucis descriptione cognoscimus. Tamen praeter has erant personae iis partibus, quarum formae aut arte aut litteris iam constitutae erant: quae, quia extra apparatum scaenicum qui vulgo usurpabatur erant, vocabantur *ἔκσκευα πρόσωπα.*

A. Personae[1]).

I. *Ἔνσκευα πρόσωπα.*

a. Personae secundum sexum, aetatem, ordinem dispositae.

1. Viri.

1) Heroes. Senes: Crines senum erant albo colore. Qui maximus natu erat (*ὁ ξυρίας*), barbam tonsam tulit (*τὸ δὲ γένειον ἐν χρῷ κουρίας ἐστὶν ὁ ξυρίας*). Hesychio auctore Priamus tali persona indutus in scaenam prodiit (*πριαμοθήσομαι· τὸ τραγικὸν τοῦ Πριάμου πρόσωπον ξυρίας ἐστίν*). In vasorum picturis saeculi quinti conspicimus Priamum tonsa cum barba et caesarie[2]). Ceteri senes (*ὁ λευκὸς ἀνήρ*) albos

1) Non totam Pollucis descriptionem (IV, 133 seqq.) personarum repetam, sed potius exponam, quomodo illae dispositae fuerint quondam.

2) Overbeck, Kunstmythol. XX, 3. Overb., Gall. her. Bildw. XX. Wieseler, D. d. a. K. I, 207.

capillos et barbam concretam gestabant[1]) (*γένειον πεπηγός*), quae senectutem indicabat[2]).

Viri maiores natu (*ὁ σπαρτοπόλιος*). Crines partim nigri partim albi erant (*δηλοῖ μὲν τὴν τῶν πολιῶν φύσιν*).

Viri barbam gestabant. Color crinium erat aut niger (*ὁ μέλας ἀνήρ*)[3]) aut flavus (*ὁ ξανθὸς ἀνήρ*)[4]).

Juvenes — sine barba — aut nigris crinibus (*ὁ πάγχρηστος*[5]) juvenis maior natu — iuvenis minor natu[6]) deest apud Pollucem) aut flavis (*ὁ οὖλος* juvenis maior natu[7]), *ὁ πάρουλος* j. minor natu) ornati erant.

Adolescentes persona flavis cum capillis et pulchro ore utebantur (*πρέπων θεῷ ἢ καλῷ*)[8]).

2) Servi. Servus maximus natu (*ὁ διφθερίας*) significatur tegumento capitis (*περίκρανον*)[9]).

Servus minor natu (*ὁ σφηνοπώγων*) cognoscitur barba in contum desinente et genis rubris (*πρέπων ἀγγέλῳ*). Sine dubio persona fuit eius nuntii qui currens in scaenam advenit, ita nuntius in Aesch. Sept. c. Theb. (vs. 371 *σπουδῇ διώκων πομπίμους χνόας ποδοῖν*), in Persis (vs. 247 *τοῦδε γὰρ δράμημα φωτὸς Περσικὸν πρέπει μαθεῖν*). Ab Aristophane luduntur eiusmodi nuntii in Avibus (vs. 1121 *ἀλλ' οὑτοσὶ* (nuntius) *τρέχει τις Ἀλφειὸν πνέων*. Deinde cum nuntius advenit, vehementer spirans verba tantum eicere potest *ποῦ ποῦ' στι ποῦ; ποῦ ποῦ 'στι; ποῦ ποῦ 'στι ποῦ;*)

Servus minimus natu persona sine barba utebatur: qui fuit — ut alter — nuntius (*καὶ οὗτος ἀγγέλλει*). — Desideramus personam servi maioris natu, qui non nuntiat. Hanc personam apud Wies. D. d. B. IX, 1 conspici suspicor.

---

1) Arch. Ztg. 1878 Tab. IV, 2.

2) Cf. Aesch. Sept. 665 *οὔτ' ἐν τροφαῖσιν, οὔτ' ἐφηβήσαντά πω οὔτ' ἐν γενείου ξυλλογῇ τριχώματος*.

3) Cf. Arch. Ztg. ib. V, 1.

4) Cf. ib. V, 1.

5) Wies. D. d. B. V, 25.

6) Wies. V, 24.

7) Wies. V, 23.

8) Wies. D. d. B. V, 26. — In memoriam revoco Bacchi personam.

9) De hoc vestimento cf. Wiesel.: Gött. gel. Anz. 1852 p. 1894.

2. Feminae.

1) Heroides. Senes (ἡ πολιά). Crines albi longe dependebant. Mulieres maiores natu (τὸ ἐλεύθερον γρᾴδιον) gestabant capillos partim albos partim flavos.

Mulieres. Pollux commemorat personam cum nigris crinibus (ἡ κατάκωμος ὠχρά), cuius vultus tristis erat, praeterea τὴν μεσόκουρον, cuius crinis ἐκ μέσου κέκαρται, et τὴν μεσόκουρον πρόσφατον, minorem natu quam alteram. Desideratur autem persona mulieris flavis cum capillis ut Clytaemnestrae in Eur. El. (vs. 1071 ξανθὸν πλόκαμον).

Virgines (ἡ κόρη). Vultus personae erat iuvenilis (νεαρὸν πρόσωπον).

2) Servae. Serva maxima natu (τὸ οἰκετικὸν γρᾴδιον) respondens servo max. n. tegumento capitis amicta est.

Serva minor natu (τὸ οἰκετικὸν μεσόκουρον) capillos semitonsos fert nec prorsus albos [1]).

Serva minima natu (ἡ διφθερῖτις) eandem personam fere gestat ut altera, sed iuveniliorem neque cum onco.

b. Personae secundum affectum dispositae.

1) Aegroti et mortui. Viri aegroti (ὁ ξανθότερος). Persona eorum ornata erat flavis capillis et pallido colore vultus [2]) (ὕπωχρος δὲ μᾶλλον καὶ δηλοῖ νοσοῦντα).

Juvenes (ὁ πάρωχρος) persona cum nigris crinibus, pallido vultu, sine barba utebantur (ὠχριᾷ δὲ ὡς δηλοῦν νοσοῦντα ἢ ἐρῶντα).

Mortui (εἴδωλα) gestabant flavam caesariem undique dependentem et rugas et pallidum colorem vultus (φρύγανός ἐστι ταῖς σαρξὶ καὶ περίκωμος, ὑπόξανθος, νοσώδης τὴν χροίαν).

2) Rebus adversis afflicti. Color personae heroum qui rebus adversis afflicti erant squalidus erat: vir maior natu (ὁ πιναρός) ὑποπέλιδνος, κατηφής, δυσπινής, ξανθῇ κόμῃ ἐπικομῶν, vir minor natu (ὁ δεύτερος πιναρός) τοῦ προτέρου ἰσχνότερος.

3) Lugentes. Pollux personam eorum, qui de morte

---

1) Wies. D. d. B. VIII, 2.
2) A. Z. 1878 Tab. V, 1 (ad dextr. part.).

alicuius tristitia affecti sunt, inter apparatum feminarum tantum commemorat. Tamen supra iam vidimus omnes lugentes cum tonsis capillis in scaenam prodisse. — Personae feminarum quae lugebant secundum grammaticum fuerunt: *κούριμος παρθένος* et *ἡ ἑτέρα κούριμος*. Illam commemorat etiam Dioscorides in Anth. Pal. VII, 37. Poëta alloquitur satyrum qui in tumulo Sophoclis consistit: *Ὄλβιος ὡς ἀγαθὴν ἔλαχες στάσιν· ἡ δ' ἐνὶ χέρσι Κούριμος, ἐκ ποίης ἥδε διδασκαλίης; Εἴτε σοὶ Ἀντιγόνην εἰπεῖν φίλον οὐκ ἂν ἁμάρτοις Εἴτε καὶ Ἠλέκτραν. ἀμφότεροι γὰρ ἄκρον*

II. *Ἔκσκευα πρόσωπα.*

De origine et usu harum personarum jam supra dictum est. Quae nomina Pollux l. a. enumerat, repetere nolo. Verum enim vero magis quam grammatici enumeratio, qualis fuerit species earum, fabulae ipsae nos docuerunt. Cum Aeschyli temporibus personis hisce fere solis uterentur, postea apparatu scaenico exculto pro nonnullis tantum partibus vaebant.

B. Vestes.

I. *Ἔνσκευοι ἐσθῆτες*[1]).

1. Tunicae.

In enarrando habitu quo loco de vestimento tragicorum histrionum a Polluce agitur, verba nimis obscura sunt. Lexicographus enim enarrationis initium facit verbis *καὶ ἐσθῆτες μὲν τραγικαὶ ποικίλον* (*οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ χιτών*). Respectu habito horum tantum verborum existimare debemus, omnes tunicas *ποικίλον* vocatas esse. Tamen paulo post grammaticus de feminarum tunica dicit (IV, 118) *γυναικείας δὲ συρτὸς πορφυροῦς*[2]).

Quomodo haec difficultas solvenda sit, nescio. Fortasse omnes tunicae aut *ποικίλα* aut *σύρματα* nominabantur.

---

1) Dico *ἔνσκευοι* et *ἔκσκευοι ἐσθῆτες* respectu habito personarum, quamquam hae voces ab antiquis scriptoribus non usurpantur.

2) Eodem modo a gramm. in Cram. Anecd. Par. I p. 19 (*Εἰ μὲν δὴ πάντα τις Αἰσχύλῳ βούλεται τὰ περὶ τὴν σκηνὴν εὑρήματα προσνέμειν ἐκκυκλήματα καὶ περιάκτους . . . καὶ ξυστίδας καὶ βατραχίδας, καὶ πρόσ-*

Differebat ab hac significatione scaenica usus vocis *ποικίλον* in vita cotidiana. Si hoc discrimen semper observatum esset, scriptores nostri temporis minus saepe in errorem incidissent. In usu enim cotidiano indicabatur voce *ποικίλον* pallium pulcherrime ornatum. Cf. Hesych. *ποικίλον· ἱμάτιον ζωγραφητόν.* Phot. *ποικίλον· τὸ Διονυσιακὸν ἱμάτιον οὕτως ἔλεγον.* Bekker Anecd. p. 289, 22 *ποικίλον λέγεται δὲ τὸ Διονυσιακὸν ἱμάτιον* [1]).

Feminae prodibant cum tunica rubra (*συρτὸς πορφυροῦς*). Quaeritur, num longitudo et virilis et muliebris tunicae eadem fuerit. Quam ad rem diiudicandam monumenta tantum artis nobis exstant [2]) quae nos docent, omnes heroes et heroides [3]) easdem tunicas talares, quae dependebant usque ad caudices ligneos, gestasse [4]).

Feminae cum Euripidis temporibus albis aut vestibus e bysso factis (*κροκωτά*) [5]) uterentur, postea Polluce auctore tunicam purpuream sibi induebant [6]).

ωπα καὶ κοθόρνους καὶ ταυτὶ τὰ ποικίλα σύρματά τε, καὶ καλύπτραν καὶ κόλπωμα, καὶ παράπηχυ καὶ ἀγρηνὸν κτἑ.) *ποικίλα* et *σύρματα* inter se discernuntur.

1) De ornatu eiusmodi pallii cf. Plat. Civit. VIII, 557 C *ἱμάτιον ποικίλον πᾶσιν ἄνθεσι πεποικιλμένον.*

2) Wies. VII. VIII. 3) De tunica servorum cf. p. 42

4) Utrum in pictura Pompeiana (Wies. D. d. B. VIII, 12) tunica an pallium trahatur, secundum imagines, quas adspexi, iudicare non licet. Tamen secundum ea, quae nobis aut arte aut litteris tradita sunt, pallium trahi verisimilius mihi videtur. — Vix expressis verbis indicare opus est in vita cotidiana *συρτοὺς χιτῶνας* tunicas fuisse, quae usque ad humum ipsum dependebant. Cf. schol. ad Lys. 45 *συρτοὶ χιτῶνες οἱ συρόμενοι.* Phot. *ὀρθοστάδια· οἱ σταποὶ χιτῶνες· οἱ γὰρ συρόμενοι συρτοί.*

5) Histriones comici si feminarum iuvenilium partes agebant, albas gestabant aut byssinas vestes (Poll. IV, 12 *ἡ δὲ τῶν νεῶν λευκὴ ἢ βυσσίνη*). Et quia *βυσσίνη* hoc loco albo colori opponitur, haec vestimenta byssina croceo colore fuisse censeo. (Fuit autem — ut inter omnes constat — byssus etiam interdum albo colore). Accedit quod ex Aristophanis fabulis elucet vestibus croceis plerumque feminas usas esse et imprimis juveniles. (Qui viri feminarum habitum imitantur, semper vestes croceo colore induunt: Mnesil. in Thesm. cf. vs. 253. Agath. in Thesm. vs. 137. Bacchus in Ranis vs. 45. Blepyr. in Ran. vs. 331.) Nam ut femina iuvenili aetate haberetur, anus quaedam in Eccl. *κροκωτὸν* induit (cf. vs. 879 *ἕστηκα καὶ κροκωτὸν ἠμφιεσμένη*).

6) Purpureas tunicas a feminis usurpatas esse, docet ornatus signi

2. Pallia.

Jam Aristophanes magnum palliorum scaenicorum splendorem praedicat (Ran. 1061), quem non minus e Pollucis enumeratione cognocimus: *τὰ δ' ἐπιβλήματα ξυστίς, βατραχίς, χλανίς, χλαμὺς διάχρυσος, χρυσόπαστος, στατός, φοινικίς.* Me quidem iudice secundum haec verba *ξυστίς, βατραχίς, χλανίς* significabant *ἱμάτια*, ceterae voces *χλαμύδας.*

a. *ἱμάτια.*

ξυστίς. Vox *ξυστίς* cum in usu scaenico pallium indicaret, in vita cotidiana et tunicam et pallium significare potuit (Poll. VII, 49 *ξυστὶς · ἔνδυμά τε ὁμοῦ καὶ περίβλημα καὶ χιτών*). Itaque *ξυστίς* non formam, sed ornatum indicabat. Qualis hic fuerit, nescimus. Nam nihil tribuendum est Lex. Rhet. auct. in Tim. *οἱ δὲ* (voc. *ξυστ.*) *λεπτὸν παρὰ τὸ ξύεσθαι.* Auctore schol. ad Aristoph. Nubes (vs. 70 *χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ οἱ τραγικοὶ βασιλεῖς*) hoc pallio reges amicti erant[1]).

βατραχίς fuit pallium viridi colore[2]). Ita animadvertit etiam schol. ad Arist. Equit. 1406 *εἶδος ἐσθῆτος ἀνθινῆς ὅμοιον τῷ ὀνόματι ἐχούσης τὸ χρῶμα.* Commemoratur quoque in Cram. Anecd. I, 19. — *χλανίς* fuit parvum pallium, cf. Poll. VII, 48 *χλανὶς δὲ ἱμάτιον λεπτόν.* Hesych. *χλανίδες· λεπτὰ ἱμάτια.* Arist. (Av. 116) commemorat *χλανίδα λευκήν.* Aliis locis (Av. 1693, Lys. 1189) hic poëta *χλανίδας* et *ξυστίδας* inter vestes pompae enumerat[3]). Quare commotus sum, ut, quibus palliis iuvenes in pompa, quae caelata est in templo Minervae quod vocant Parthenonem Athenis, amicti sunt, *χλανίδας* vocata esse censeam.

b. *χλαμύδες.*

χλαμὺς διάχρυσος et *χρυσόπαστος.* Sine dubio haec ve-

---

cuiusdam Bacchi, qui muliebri habitu ornatus est (Athen. V p. 198c *ἐπὶ δὲ ταύτης ἐπῆν ἄγαλμα Διονύσου χιτῶνα πορφυροῦν ἔχον διάπεζον*).

1) Inter apparatum scaenicum *ξυστίς* porro vocatur in Lex. Rhet. auct. in Tim. *ξυστίς· ἰδίως δὲ τὸ τῶν τραγῳδῶν ἔνδυμα.* Cram. Anecd. Par. I, 19.

2) De usu in cot. vit. cf. Becker, Char. III [3] p. 244.

3) Cet. cf. Hermann, Priv.-Alterth. [3] p. 177. Adn. 3. Wies. Satyrsp. p. 707.

stimenta — ut iam e nomine elucet — splendidissime ornata erant. *χλαμύς* illa *χρυσόπαστος* etiam a Luciano inter apparatum scaenicum enumeratur (Somn. c. 26. Menipp. c. 16). *στατός.* Wieseler (Ind. schol. Gott. 1869/70 p. 9) me quidem iudice iure censuit, *στατόν* fuisse chlamyda longe dependentem [1]. *φοινικίς* fuit ut iam e nomine perspicuum vestimentum puniceo colore.

II. *Ἔχσκευοι ἐσθῆτες.*

1. Dii et deae.

Bacchus supra *ποικίλον* pallium croceo colore, deinde cingulum gestabat et manu tenuit thyrsum [2]: *ὁ δὲ κροκωτὸς ἱμάτιον· Διόνυσος δὲ αὐτῷ ἐχρῆτο καὶ μασχαλιστῆρι ἀνθινῷ καὶ θύρσῳ*). Becker (Char. III ^{3} p. 252) *κροκωτόν* fuisse *ἱμάτιον* errorem existimat. Non recte, nam *κροκωτός* significat ut *ξυστίς* non formam, sed colorem sive ornatum. De ceteris diis et deabus Pollux nihil tradit. Quod de habitu eorum e fabulis elucet, iam supra attulimus.

2. Reges et reginae.

Reges significabantur veste cui nomen erat *κόλπωμα.* (*κόλπωμα· ὃ ὑπὲρ τὰ ποικίλα ἐνεδέδυντο οἱ Ἀτρεῖς καὶ οἱ Ἀγαμέμνονες καὶ ὅσοι τοιοῦτοι.* Cf. Cram. Anecd. Par. I, 19.) Secundum Wies. haec fuit tunica ita cincta, ut sinum efficeret (Ind. schol. Gott. 1869/70). Me quidem iudice *κόλπωμα* non erat cincta, sed tunica parva, quae usque ad cingulum dependens pectus tegebat [3]. Nam eiusmodi vestem reges praecipue Priamus in vas. pict. saepius gestant [4]. Atque eadem veste indutus est histrio a Roberto editus [5]. Praeterea reges schol. ad Arist. Nub. v. 70 auctore *ξυστίδας* gestabant. —

---

1) Wies. XIII, 2. (Anz. f. schweiz. Gesch. u. Alterthumsk. 1865 N. 1 T. 1.) — In usu cotidiano etiam tunicae *στατοί* nominabantur (Aristoph. Lys. 45 *στατοὶ χιτῶνες*).

2) Cf. p. 30.

3) Quam ob rem tunicam *κόλπωμα* vocatam esse censeo.

4) P. e. Gerhard, A. V. XXXIX. CCXXIX. Gerh., Ges. Abh. XIX.

5) M. d. I. XI, 13.

Reginae praeter tunicam purpuream pallio albo amictae erant, quod vocabatur *παράπηχυ* (*παράπηχυ λευκὸν τῆς βασιλευούσης*). Polluce auctore (VII, 53 *παράπηχυ· ἱμάτιον λευκόν, πῆχυν πορφυροῦν ἔχον παρυφασμένον*) hoc fuit pallium album purpureo cum margine, *παρυφές* autem et *παραλουργές* pallia cum duobus marginibus purpureo colore (*καὶ παρυφὲς δὲ καὶ παραλουργὲς τὸ ἑκατέρωθεν ἔχον παρυφασμένην πορφύραν*). Contra Hesychio (*παραπῆχυς* (sic!) *ἱμάτιον τὸ παρ' ἑκατέρον μέρος ἔχον πορφύραν*) et Photio (*παράπηχυ ἱμάτιον τὸ παρ' ἑκατέρον μέρος ἔχον πορφύραν· τοῦτο δὲ καὶ παρυφὲς καλοῦσι*) auctoribus *παράπηχυ* non diversum ab illo *παρυφές* et duobus marginibus purpureo colore ornatum erat: cui rei assentitur Becker, Char. III [3] p. 256. Sed si, quod et Pollux et ceteri tradunt, inter se comparamus, me quidem iudice dubium vix erit, quin omnia ad eundem quidem fontem redeant, sed cum ille, quae quondam scripta erant, accuratius tradiderit, ceteri fontem sive ipsi confuderint sive perturbatum excerpserint.

Pallia ita ornata saepissime in vasorum picturis invenimus [1]).

3. Heroes et Heroides.

Qui rebus adversis affecti erant ut Philoctetes et Telephus dilacerata cum veste progrediebantur.

Milites et venatores circumplicabant bracchio chlamydem purpureo aut puniceo colore, cui nomen erat *ἐφαπτίς* (*ἐφαπτίς· συστρεμμάτιόν τε πορφυροῦν ἢ φοινικοῦν, ὃ περὶ τὴν χεῖρα εἶχον οἱ πολεμοῦντες ἢ θηρῶντες.*) [2]). Satis e monumentis artis constat [3]) qualis fuerit usus huius pallii quod fuit illa chlamys venatorum *ἣν δεῖ τῇ χειρὶ τῇ λαιᾷ περιελίττειν ὁπότε μεταθέοι τὰ θηρία ἢ προσμάχοιτο τούτοις* (Poll. IV, 18).

De vestibus nigris eorum, qui tristitia de morte alicuius

---

1) Nonnulla exempla contulit Weiss: Kostümkunde II, S. 706. Fig. 244a—l.

2) Copiosius egit de usu vocis *ἐφαπτίς* Wies. in Ind. schol. 1869/70 Gott. p. 13 seqq.

3) Cf. opus cael. arae Perg. repert., imprimis Gerhard, Denkm. u. Forsch. 1849, V, 2 = Ann. d. Inst. XXV, tab. A—B, fig. 4: Quam picturam interpretatur Wiesel. Ann. l. c. p. 37 seqq.

affected sunt (cf. supra), Pollux nihil tradit. Tamen (IV, 116 *οἱ δὲ ἐν δυστυχίαις ὄντες . . εἶχον . . . μέλανα*) vestimenta tali colore commemorat, praecipue inter apparatum feminarum (IV, 118 *τῆς δὲ ἐν συμφορᾷ ὁ μὲν συρτὸς μέλας, τὸ δὲ ἐπίβλημα γλαυκὸν ἢ μήλινον*).

Domo profugi plerumque gestabant sordidas vestes [1]).

Alii infelices vestimentis luteo aut caeruleo aut fusco colore amicti erant (IV, 117 *οἱ δὲ ἐν δυστυχίαις ὄντες . . εἶχον . . . ἢ φαιὰ . . ἢ μήλινα ἢ γλαύκινα*).

4. Vates.

Vates induti erant vestimento, quod vocabatur *ἀγρηνόν* [2]). Secundum Pollucem (*ἀγρηνόν· τὸ δ'ἦν πλέγμα ἐξ ἐρίων δικτυῶδες περὶ πᾶν τὸ σῶμα ὃ Τειρεσίας ἐπεβάλλετο ἤ τις ἄλλος μάντις*) haec fuit tunica reticulata [3]).

Ad usum scaenicum non referendum est illud quod compertum habemus *ἀγρηνόν* a cultoribus Bacchi usurpatum esse Favorino (*ἀγρηνόν. καὶ ἔνδυμα ποιόν, ὃ περιτίθενται οἱ βακχεύοντες τῷ Διονύσῳ*) et Hesychio (*ἀγρηνόν, δικτυοειδές ὃ περιτίθενται οἱ βακχεύοντες Διονύσῳ*) auctoribus.

Conspicimus *ἀγρηνόν* in signo quodam quod repertum est in domo Hadriani [4]). Quod Welcker (A. D. p. 336 Anm. 8), Apollinem, Wiesel. (Bull. d. I. 1847 p. 19) cultorem Bacchi existimavit. Quia de tragico histrione cogitari non potest, quod Wieseler statuit probabilius mihi videtur respectu habito Hesychii et Favorini.

---

1) Oedip. in Soph. Oed. Col.

2) De hac voce: Wiesel. in Bergk u. Caes. Ztschr. f. A. 1845 p. 105. Bullet. d. Inst. 1845 p. 19. Satyrsp. p. 93. Gött. g. Anz. 1852, p. 1880. 1853, p. 671. Ind. schol. 1869/70 p. 10). Welcker, A. D. II p. 335.

3) *Ἔνδυμα* vocatur *ἀγρ.* in Etym. Magn. p. 14 *ἀγρηνὸν ποικίλον* [non displicet Wies. conicect. l. a. p. 10 *πλόκανον* pro *ποικίλον* respectu habito ad illud Pollucis *πλέγμα περὶ πᾶν τὸ σῶμα*] *ἐρεοῦν, δικτυοειδές καὶ ἔνδυμα δὲ ποιόν*, apud Hesych. *ἀγρηνά, δίκτυα, καὶ ἔνδυμα.* Sine dubio haec verba ex eodem fonte fluxerunt, sed Pollux iterum fontem melimelius tradidit.

4) Gerh., Ant. Bilder. Tab. LXXXIV, 3 = Müller-Wiesel. D. d. a. K. II, T. XLIX, 619.

Saepius umbilicus (ὀμφαλός) eiusmodi reti ornatus est[1]). Quae res nos docet, pannum illum reticulatum cohaerere cum Apolline vate. Quam ob rem Sommerbr. (Scaen. p. 19 Adn. 6) et Wies. (Ind. schol. 1869/70 p. 12) non sine causa coniecerunt, Cassandram agreno in Aesch. Agamemn. (vs. 1242 χρηστηρίαν ἐσθῆτα) et in Eurip. Troadibus (vs. 269) indutam esse[2]).

5. Servi et servae.

De habitu servorum a Polluce nihil comperimus. Tamen e monumentis artis[3]) concludere licet eos tunicis brevioribus quam heroes amictos fuisse.

C. Calceamenta.

Ab histrionibus Graecis per totam antiquitatem cothurnos usurpatos esse quorum forma[4]) satis cognita est e monumentis artis, constituisse mihi videor (p. 17 seqq.). Chorum vero et histriones, qui heroum sive heroidum partes non agebant, non cothurnos, sed calceamenta cava, quae vocabantur crepidae, gestasse suspicor (cf. p. 18), respectu habito Istri (Vita Sophoclis) qui chorum crepidis usum esse tradit[5]).

Post Alexandri Magni tempora auctoritas ludorum in dies crescebat et fabulae Graecae per totam fere Asiam minorem agebantur. Immo vero per totum fere orbem terrarum tum cognitum histriones Graeci, cum Graecia in potestatem Romanorum redacta esset, ad fabulas agendas proficiscebantur. Ubicunque vero fuerunt theatra[6]). Alexandriae

1) P. e. Müller-Wies. D. d. a. K. II, 136.

2) De Tiresia in Eur. Bacch. cf. supra.

3) Wies. D. d. B. VIII, 12; IX, 1.

4) De forma et usu cothurnorum vide Excurs. II.

5) Non sine aliquo iure a Cicerone (de fin. III, 14) quia hisce calceamentis altiores soleae erant quam vulgo usurpatae (cf. p. 18) minores cothurni vocantur nisi non crepidae et cothurni sed cothurni tantum diversa altitudine intelligendi sunt. — Commemorare hoc loco debemus figuram Musae in opere caelato quae alterum pedem maiori alterum minori cothurno imposuit (Wiesel. D. d. B. IX, 2).

6) Welcker, Gr. Tr. 1297 seqq. et Wieseler: Ersch u. Gruber Encyclop. d. Wiss. u. K. S. I B. LXXXIII p. 172—202.

(Athen. V, 198a), Hispali (Vit. Apoll. V, 9), Romae (cf. supra) histriones Graeci in scaenam prodierunt. Habitum scaenicum in Graecia ipsa usque ad extrema tempora in universum non mutatum esse, e Luciano apparet. Tamen per se ipsum patet, in aliis terris ornatum nonnullis in rebus magis judicio et intellegentiae nationum, apud quas agebantur fabulae, accommodatum esse.

Accedit quod arte cessante artifices defecerunt, qui apparatum scaenicum tanta diligentia et pulchritudine quanta priores efficerent. Posteriore tempore apparatus scaenicus tragicorum histrionum ad facetias ipsas usurpabatur. In memoriam revoco Neronem in scaenam prodeuntem cum persona ad similitudinem oris sui efficta, cum persona heroidis gestaret vultus amatae feminae (Sueton. Nero c. XXI). Praecipue vero e monumentis artis quomodo mutatus fuerit habitus histrionum tragicorum extremis temporibus cognoscere possumus. Quantopere se distinguunt histriones in opere illo tessellato effictі[1]) a pictura Cyrenaica[2]), quantopere hi a picturis Pompeianis! Et profecto hae picturae nobis speciem quidem praebent ornatus histrionum tragicorum apud Graecos, sed elegantiam et venustatem habitus, quo tempore artes maxime floruerunt, opinando tantum assequi possumus.

Haec habui quae de tragicorum histrionum habitu scaenico apud Graecos disputarem. Jam ea quae praestitisse mihi videor paucis colligere mihi liceat. Nam a Luciano profectus, postquam qualis fuerit secundum illum habitus scaenicus exposui, ea quae de ornatu antiquioris temporis tradita sunt, collegi et recensui et ad fontes reducere studui. Tum fieri potuit, ut qualis esset ratio inter Pollucem ceterosque scriptores de habitu scaenico constituerem. Deinde recensione litterarum et fontium facta, postquam monumenta artis, quae ad rem scaenicam spectant, examinavi et cothurnos per totam antiquitatem ab histrionibus tragicis in scaena Graecorum usurpatos esse demonstravi, qualis fuerit ornatus diversis temporibus explicare conatus sum.

---

1) Wies. D. d. B. VII. VIII.
2) ib. XIII, 2.

Excursus I.

De recentioribus scriptis.

Non alienum esse videtur paucis exponere, quae ab hominibus doctis recentioris temporis de habitu scaenico scripta sint. Jam J. C. Scaligerus de tragoedia eiusque apparatu omni et partibus commentationem scripsit (Gronov. Thes. Vol. VIII), deinde commemoro et Casalii lucubrationem de tragoedia et comoedia (Gronov. Thes. VIII p. 1599 seqq.) et libellum de fabularum ludorum, theatrorum, scenarum ac scenicorum antiqua consuetudine (Gron. Thes. VIII p. 1710).

Nostris temporibus quidem scripta non jam valent. Nam cum Scaliger Pollucis descriptionem (*Ονομαστικόν* IV, 115—155) in linguam latinam fere vertat, ceteri nonnulla tantum, quae scriptis Romanorum inserta sunt, afferunt de habitu scaenico.

Nec multo magis est tribuendum commentationibus de veterum personis, quia minimam ad partem ad usum scaenicam apud Graecos respiciunt. Enumerabo quae scripta inter haec sunt gravissima: Agesilai Mariscotti de personis et larvis eorumque apud veteres usu et origine syntagmation. Bononiae 1607. Romae 1639. Parmae 1691 (Graev. Thes. IX, p. 1096—1144).

Pacichelli Schediasma Iuridico-Philologicum Tripartitum de Capillamentis vulgo Perruquen, et Chirothecis, vulgo Guantis et vernacula lingua Handschuen et principio de larvis seu quas vocant mascheris. Napoli 1693.

Nicolas Boindin, les masques et les habits des anciens (Memoir. de l'académie des inscriptions. Tom. IV, p. 132 seqq.)

Chr. Bergeri comm. de personis vulgo larvis seu mascheris (Franc. et Lips. 1723). Quae antea singulis et dissipatis locis de personis scripta sunt, hic subtiliter indicantur.

Fr. Ficoroni (h. e. Pietro Contucci Winckelmanno auct. Mon. ined. I, p. 59) de larvis scaenicis et figuris comicis Rom. I. 1734. II. 1751.

A. Boettigerus, De personis scaenicis vulgo larvis. Vim. 1794 (Opusc. p. 220 seqq.) —, Ueber das Wort Maske und über die Abbildungen der Masken auf alten Gemmen (Neuer Deutsch. Merc. 1795 April) —, Furienmaske, Weimar 1801.

(Köhler), Masken, ihr Ursprung und neue Auslegung einiger der merkwürdigsten auf alten Denkmälern, die bis jetzt unerkannt und unerklärt geblieben waren. Petersburg 1833. Qui liber quamquam postea demum quam ii, qui sequuntur, editus est, tamen referendus est ad commentationes iam enumeratas, quae adnotatione quidem dignae sunt, quia originem et processum disciplinae docent, sed respectu habito ad rem ipsam, quam describere volunt, nihil fere valent.

Novum disciplinae tempus initium cepit libri editione, qui inscriptus est Genelli, Das Theater zu Athen. Leipzig 1818 (V. Costuem p. 81—104). Nam quamquam vir ingeniosus ornatum scaenicum magis ex sua sententia ac voluntate quam secundum ea, quae nobis tradita sunt, describit, tamen praecipue libri editione factum est, ut temporibus, quae sequebantur, studium totius apparatus scaenici renovaretur.

Quod Genellius divinatione magis quam scientia explicaverat, F. G. Schoene in commentatione de personarum in Eurip. Bacchab. habitu scaenico (Lipsiae 1831) eruditione philologa aut probare aut refutare conatus est. Sed ipse quamvis diligentia scientiaque laudandae sint, ad habitum histrionum cognoscendum non multum profuit. Copiose deinde quae de habitu scaenico scriptis veterum inserta sunt, C. W. Schneider contulit in libro: Das attische Theaterwesen. Weimar 1835 (Rec. Meier: Allgem. liter. Ztg. 1845 Oct.).

Novi fere nihil tum Geppert attulit (Die altgriechische Bühne. Leipz. 1843. V. Ueber Masken u. Costuem p. 260—278. Rec. Sommerbr. cf. Scaenica), sed quod ille congesserat, oratione magis polita exposuit.

Primus vero qui quod nobis traditum est de histrionum tragicorum habitu, de quo in eis, quae antecedunt, egimus,

via atque ratione recensuit, Sommerbrodt fuit in libro De Aeschyli re scaenica (1848—1850 = Scaenica, Berlin 1876 p. 183—205. Rec. Wieseler: Gött. gel. Anzeig. 1852 p. 1879 seqq. cf. Müller, Philol. XXIII p. 522—530). Nonnulla de hac re iam antea Wieselerus inseruit libro suo: Das Satyrspiel nach Maassgabe eines Vasenbildes (Gött. Studien 1847. IX p. 565—707. Gött., Vandenhoeck u. Ruprecht 1847). Maiore deinde subtilitate, quam Sommerbrodt, Wieseler quod Pollux tradit de ornatu histrionum interpretatus est et examinavit in commentatione de difficilioribus quibusdam Pollucis aliorumque scriptorum veterum locis, qui ad ornatum scaenicum spectant (Ind. schol. in Acad. Georg. Aug. p. s. h. anni 1869/70 h. Gottingae. Rec. A. Müller: Philol. Anzeig. 1870 p. 109 seqq. cf. Philologus XXXV p. 351 seqq. Gott. 1876. Sommerbrodt: Ueber das *σωμάτιον* der griech. Schauspieler (N. Rhein. Mus. 1870 p. 424—427 = Scaenica p. 273—277). Nec minus hic commemoranda sunt, quae A. Müller scripsit de hac disciplina in Philologo: Vol. XXIII, p. 522 seqq. et Vol. XXXV, p. 351 seqq., ubi non solum scripta aliorum hominum doctorum recensuit, sed etiam multa ipse addidit. — De personis scaenicis dissertatio edita est a Bernhardo Arnold: Ueber antike Theatermasken (Verhandlung der XIX. Philolog.-Versammlung 1875): quae inter omnes de personis adhuc scriptas primum ordinem tenet.

Qui enumerati sunt libri, maximam partem ad litteras tantum respiciunt. Monumenta autem artis, quae ad rem scaenicam spectant, primum collegisse atque edidisse est Wieseleri meritum in libro: Theatergebäude und Denkmäler des Bühnenwesens bei den Griechen und Römern., Göttingen 1851. Tum editiones nonnullorum artis monumentorum sequebantur. — Enumerabo hic tantum quae ad histriones tragicos respiciunt. Bursian edidit histrionem quendam (Anzeig. f. Schweizerische Gesch. und Alterthumskunde 1865. n. 1. Tab. I), B. Arnold opus caelatum cum figuris scaenicis: Platte m. scenischen Vorstellungen im Collegio Romano (Festgruss der philolog. Gesellsch. z. Würzburg an die XXVI. Versamml. deutsch. Philol. u. Schulmänner. Würzburg 1868 p. 142—157). Imprimis commemoranda est editio personarum a Ro-

berto curata (Archaeol. Zeit. 1878 Tab. III. IV. V) et histrionis tragici cuiusdam signi ex ebore facti (Monum. d. Instituto XI, 13. Cf. Annali 1880). Picturas porro Pompeianas, in quibus scaenae effictae sunt, ediderunt Presuhn (Pompei. Die neuesten Ausgrabungen von 1874—1881. Pars. IX. Tab. IV) et Maass (Mon. d. Inst. XI, 30 - 32). Postremo nostris diebus Robert opus caelatum in Graecia repertum in lucem prodire iussit (Mittheil. d. archaeol. Instit. in Athen 1882, Tab. XIV).

Excursus II.

De materia et usu ornatus histrionum.

Personae factae erant Platonis Comici temporibus ex linteo — sine dubio — gipsato (cf. Poll. X, 167 *καὶ προσωπὶς καὶ ὡς ἐν τοῖς Σοφισταῖς Πλάτων· ὀθόνιον πρόσωπον*). Thespidis vero temporibus ex linteo tantum erant (*ἐν μόνῃ ὀθόνῃ* cf. p. 13). Usum personarum e linteo gipsato testatur quoque Isidorus (Origg. X, 119 habentes (histriones) simulacra oris lintea gipsata). — Quamquam secundum haec maxime personae e linteo gipsato factae usurpatae esse videntur, tamen negare nolimus personis etiam ligneis histriones usos esse. Ita commemorat Hesych. s. v. *κυλίνθιον· προσωπεῖον ξύλινον. κύριθρα. προσωπεῖα ξύλινα.* Prudent. contr. Symm. II, 646: 'Ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato, —'. Ulpianus adnotat ad Demosth. oration. De falsa legat. personas fuisse tanto pondere, ut histriones, ne laederentur, parvas pelles personis submisissent.

Magis quam descriptione picturis Pomp. forma personarum cognoscitur (Arch. Ztg. 1878 Tab. III. IV. V). Tegebat autem persona totum caput (cf. Luc. Pisc. c. 36. Gell. V, 7 '*nam caput et os cooperimento personae tectum*'). Supra frontem fuit interdum accessio quaedam plus aut minus alta, crinibus tecta, cui nomen erat *ὄγκος* (Poll. IV, 133 *ὄγκος δέ ἐστι τὸ ὑπὲρ τὸ πρόσωπον ἀνέχον εἰς ὕψος λαβδοειδὲς τῷ σχήματι*). Os deinde valde hians (*στόμα κεχηνὸς πάμμεγα*

Luc. de salt. c. 27) pertinebat ad vocem sine difficultate emittendam (Gell. V, 7 nam caput et os cooperimento personae tectum undique, unaque tantum vocis emittendae via pervium, quoniam non vaga neque diffusa est, in unum tantummodo exitum collectam coactamque vocem ciet et magis clamores canorosque sonitus facit). —

Personas fabricabantur certi artifices, qui vocabantur *σκευοποιοί* (Poll. IV, 115 *σκευοποιὸς δὲ ὁ προσωποποιός*. Aristoph. Equit. 230), dico artifices nec sine consilio. Nam summa diligentia personae semper factae erant. Immo vero in vetere comoedia usurpabantur personae ori hominum clarorum adaequatae[1]). Imprimis autem totus apparatus personarum, quo aetas, sexus, ordo cett. distinguebantur, manus exercitatissimas poscebat. Qua de causa narratiuncula de Aesopo tragico illo histrione, etsi non ipsa vera sit, tamen qua de re agatur demonstrat: Tragicus Aesopus fertur non prius ullam induisse suo capiti personam, antequam diu ex adverso contemplaretur pro personae vultu gestum sibi capessere ac vocem . . . (Fronto de Orat. ed. Med. II p. 253). Eandem scaenam conspicimus in opere caelato quodam[2]).

C o t h u r n i secundum schol. ad epist. Saturn. c. 19 e ligno facti erant (*ἐμβάται· τὰ ξύλα, ἃ ἐμβάλλουσιν ὑπὸ τοὺς πόδας ἵνα φανῶσι μακρότεροι*). In Anarch. c. 23 a Luciano ipso calceamenta tragicorum histrionum vocantur *ὑποδήματα μὲν βαρέα καὶ ὑψηλά*. Scapus vero supra calceum non fuit *κατὰ λόγον τοῦ ποδός* (Somn. c. 26), sed — si recte censeo — e ligno factus ita instructus erat, ut histriones quam celerrime calceamenta mutare possent.

Propter hunc scapum cothurno a Romanis nomen datum esse puto. Nam forma calceamenti, quod vocabatur *κόθορνος* apud Graecos, in universum exceptis soleis cothurno histrionum respondebat. Fuit enim *κόθορνος* cotidianae vitae *κοῖλον ὑπόδημα* longis cum scapis (Poll. V, 18 *ὑποδήματα κοῖλα εἰς μέσην τὴν κνήμην ἀνήκοντα δεσμῷ ἀκριβεῖ περιεσταλμένα.*

1) Cf. Aphth. Progr. p. 37 Cram. Aelian, Var. Histor. II, 13. Platonius *περὶ διαφορᾶς κωμῳδιῶν* (Meineke, histor. Com. I p. 533, 20).

2) Wies. D. d. B. IV, 9.

Cf. Herod. VI, 125. I, 155). Aristophanis temporibus[1]) maxime a feminis gestabantur (cf. Aristoph. Lys. 656. Eccl. 345. Ran. 47, ubi Bacchus luditur propter habitum muliebrem).

Porro in ea re cothurni scaenici cum iis, quos Graeci usurpabant in vita cotidiana, consentiebant, quod solea quadrata fuit (Etym. Magn. p. 524 *κόθορνος· τετράγωνον τὸ σχῆμα ἁρμόζον ἀμφοτέροις τοῖς ποσί.* Cf. Xenoph. Hell. II, 3, 31. Schol. ad Aristoph. Ran. 47. 546. Schol. ad Eccl. 346. Ceteros locos congessit Schneider, Attisch. Theaterwes. p. 163).

Nec alia ex causa Graeci cothurnum scaenicum voce *ἐμβάτου* significabant. *Ἐμβάτης* enim ut *κόθορνος* cotidianae vitae *κοῖλον ὑπόδημα* longis cum scapis fuit (Xenoph. de re equestr. 12, 10 (*ἐμβάται*) *ἅμα ὅπλον τε κνήμαις καὶ ποσὶν ὑποδήματα*).

Cothurni autem scaenici caudex ligneus tantum sub calceo conspiciebatur: qui variis coloribus tinctus erat[2]).

Secundum ea quae antea exposita sunt calceamentum histrionum apud Graecos vocabatur *ἐμβάτης* vel *ὀκρίβας*, — Juba iisque qui eum secuti sunt exceptis (cf. p. 12. 16) — apud Romanos hic histrionum Graecorum calceus cothurnus. — Contra Pollux tradit (IV, 115) *καὶ τὰ ὑποδήματα, κόθορνοι μὲν τὰ τραγικὰ καὶ ἐμβάδες, ἐμβάται δὲ τὰ κωμικά*[3]). Quomodo haec difficultas solvenda sit, difficile est iudicare. Haec est res: Pollux solus quantum scio *ἐμβάται τὰ κωμικὰ ὑποδήματα* vocat[4]).

---

1) Saeculo quarto a. Chr. n. etiam iuvenes cothurnis utebantur. Quod docent vasorum picturae (p. e. Stackelberg, Gräb. d. Hell. 45). Recte igitur se habet, si ad huius temporis consuetudinem respicimus, illud Hesychii et Photii (*κόθορνος· ὑπόδημα, κοινὸν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν*) nec causa est cur hanc notitiam abiciamus ut Becker Char. III [3] p. 282. Deinde cothurni praecipue et venatorum proprii erant (Serv. ad Verg. Aen. V, 361. Saepius vero Diana venatrix in monumentis artis cum cothurnis efficta est, cf. opus caelat. arae Pergami) et citharoedorum (Cassius Dio LXIX, 14. Nero citharoedus scaenam ascendit *κιθάραν ἔχων καὶ ὀρθοστάδιον καὶ κοθόρνους*).

2) Wies. D. d. B. VII. VIII. M. d. I. XI, 13. Wies. l. a. IX, 1 cothurnus herois est flavo, alterius histrionis fusco colore.

3) Cf. VII, 61 *ἐμβάται δέ ὄνομα τοῖς κωμικοῖς ὑποδήμασιν.*

4) Nam si schol. ad Necyom. c. 16, ubi de tragoedis loquitur, ait:

Ἐμβάδες in Aristophanis fabulis saepius commemorantur. Nec causa est cur dubitemus, quin histriones comici hoc calceo induti fuerint [1]). Etiam alii scriptores *ἐμβάδας* calceamenta comica vocant (Amm. p. 49 *ἐμβάδες μὲν τὰ κωμικὰ* (*ὑποδήματα*). Herod. Phil. p. 436 *ἐμβάδες ὑποδήματα τῶν κωμῳδῶν*), contra *ἐμβάται* omnes Polluce excepto calceamenta tragica. Quod supra data occasione iam satis exposuisse mihi videor. Ceteros scriptores, qui idem narrant, hic addam: Thom. M. p. 300 *ἐμβάτα δὲ καὶ ἐμβάται τὰ τραγικὰ* (*ὑποδήματα*). Ammon. p. 49 *ἐμβάτα δὲ τὰ τραγικὰ* (*ὑπ.*). Herod. Phil. p. 436 *οἱ ἐμβάται τε τραγῳδῶν* (*ὑπ.*). Liban. III p. 385, 25 *τραγῳδοὺς δὲ ἐμβάτας ἀναβάντας*.

Quid de Pollucis loco iudicandum est? Me quidem iudice hic duos locos congessit, quorum alter *κόθορνον* alter *ἐμβάτην* calceum tragicum vocabat et *ἐμβάδα* calceum comicum: quos Pollux vel fons eius nescio quomodo miscuit.

De usu vestis et personae. Unusquisque trium illorum histrionum, cum complures partes susciperet, saepius habitum mutare coactus erat. Quaeritur num histriones mutatis partibus pallia tantum commutarint (quod censuit Sommerbr. Scaen. p. 192 — '*cum unum fere esset tunicarum genus*' —). Sed cum tunicae fuerint diversae (Somm. hoc ipse concedit voce '*fere*'. Ceter. cf. p. 37) mutatis partibus videntur mihi plerumque totam vestem mutasse histriones. Immo vero in iisdem partibus histrio interdum alium habitum sibi induit, ut ille qui Helenae in Eur. Helena partes egit. Nam initio fabulae personam longa cum caesarie et vestes albas gestat (vs. 1087 *ἐγὼ δ' ἐς οἴκους βᾶσα βοστρύχους τεμῶ πέπλων τε λευκῶν μέλανας ἀνταλλάξομαι παρῇ δὶ τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χροός*). Deinde cantico finito scaenam ascendit cum persona, cuius crines tonsi sunt, et nigris cum vestibus (Theocl. 1187 *αὕτη, τί πέπλους μέλανας ἐξήψω χροὸς λευκῶν ἀμείψασ' ἔκ τε κρατὸς εὐγενοῦς κόμας σίδηρον ἐμβαλοῦσ' ἀπέθρισας κτέ*). —

ἐμβάται κωμικὰ ὑποδήματα μεγάλα καὶ τὰς κρηπῖδας ὑψηλὰς ἐξειργασμένα τοῦ πρὸς μεῖζον ὕψος τὸν χρώμενον ἄγειν, vocem *κωμικά* lapsum esse calami pro voce *τραγικά* pro certo habeo.

1) Cf. Arist. Equit. 321. 869. Vesp. 1157. Eccl. 507. Nub. 719. 858. Vesp. 103. 274. 447. 1157. Plut. 759.

Saepius vero persona sola mutabatur. Ita Oedipus in Soph. Oed. Reg. alia persona indutus est in exitu fabulae atque initio [1]). — Postremo afferendae sunt personae, quarum os in altera parte diversum fuit. Spectatoribus autem histriones obvertebant, quae pars consentiebat verbis ipso momento dictis (cf. Quint. XI, 3, 75 id ostendere maxime latus actoribus moris est, quod cum iis quas agunt partibus congruit).

1) Cf. supra p. 24.

Göttingen,
Druck der Dieterichschen Universitäts-Buchdruckerei.
W. Fr. Kaestner.